ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΤΟΥ
φιλοσόφου καὶ μάρτυρος
Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον, καὶ λόγος
πρὸς Ἕλληνας.

IVSTINI PHI-
losophi & martyris
Epist. ad Diognetũ, & Oratio ad Græcos,
*nunc primùm luce & Latinitate donata
ab [redacted].*

Eiusdem [redacted] annotationibus additũ est
Io. Iacobi Beureri de quorũdam locorum partim
interpretatione partim emendatione iudicium.

TATIANI, discipuli Iustini, quædam.






J.B.

Excudebat [redacted]

ANNO M. D. XCII.

13



NOBILISS. ET ORNATISS. VIRO, DOM. BVSSO CLAMMERO AB ALVENSCHLEVEN, ILLVſtriſſimi principis ac domini, D. Ioannis Georgij, marchionis Brandeburgẽſis, ac ducis Pruſſiæ, præfecto,

HENR. STEPHANVS S. D.



IVSTINI philoſophi & martyris ſcripta, quumprimum in lucem è patris mei officina prodierunt, quanta lætitia quantóque applauſu excepta fuerint, ſuperſunt quamplurimi qui teſtari poſſint. Nec verò id cuiquã videri mirum debuit. quum enim ſparſa de huius viri ſcriptis fama in ſummam ea exſpectationem adduxiſſet, hãc, ſimulatque cœpta ſunt legi, ſi non omnium, plurimorum certè iudicio, ſuperarunt. Vel ipſe autem titulus, quẽ illi non minus rarum quàm honorificum tribui videbant, ad lectionem poterat inuitare. Niſi fortè aliquis non titulum ſed titulos dicendum mihi eſſe exiſtimat: quum hæc duo vocabula, martyr & philoſophus, vel potius philoſophus & martyr (vt ordo temporis ſeruetur: quia multo prius philoſophus quàm martyr fuit) quamuis velut copulentur, minimè ad eundem honorem pertineant, ſed duobus ho-

noribus, quorum alter ab altero magno discrimine separatus est, hunc nostrũ Iustinum ornent. Ac martyrem quidem meritò appellatum fuisse, cùm ex aliis tum verò ex Eusebio discimus: quàm autẽ & philosophi titulo dignus fuerit, oculati esse testes possumus, si philosophica eius scripta legere velimus. Exstat enim inter illa & liber qui inscribitur, Ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν. id est, *Euersio dogmatum quorundam Aristotelis.* vbi quàm seriò & strenuè aduersus tantum tantæque autoritatis philosophũ philosophandum fuerit, omnibus cogitandum relinquo: quàm seriò autem & strenuè id præstiterit, non item omnibus, sed iis tantummodo qui in philosophia valde exercitati sunt, iudicãdum dicam me relinquere. Hunc autem librum scripsit quorundam rogatu, qui Græcorũ de deo & mundi creatione dogmata intelligere, ideóque breuem sibi illorum eclogam fieri cupiebant. Atque hic eius est illo in libro scopus, vt ostendat, Græcos μὴ κατὰ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην, καθ' ἣν ἐπαγγέλλονται περὶ θεοῦ τε καὶ κτίσεως τοὺς λόγους ποιεῖν, τοῦτο πεποιηκότας, ἀλλ' εἰκασμῷ τὸ δοκοῦν διορισαμένους. Hæc enim sunt eius verba: (quæ repetit non solùm in fine præfationis, sed etiam quarto disputationis huius tmemate) sonãt autem, *Græcos non iuxta scientiam apodicticam* (id est, argumentis apodicticis vtentem: Latinè demonstratiuis vel demonstratoriis) *sicut pollicentur, de deo & mundi creatione verba fecisse, sed coniectatione ad circumscribendam certis terminis suam sententiam vsos esse.*

Verùm, vt ab illis Iustini scriptis quæ à multis iam annis in publicum prodierunt, ad alia eiusdem ve-

niam quæ nunc à me luce simul & Latinitate donata prodeunt: quum ante sexennium in manus meas quoddam vetus exemplar venisset, in quo & nōnulla ex iis quæ iam edita sunt eius scriptis, & ista etiam duo erant: statim de his exscribēdis cogitaui: & quidem huic operi manum primo quoque tempore admoui. Hoc nāque me non deterruit, quòd quædam verba quibusdam locis deessent: multo etiā minus, quòd pleraque non sine magno labore legi possent; præsertim vbi literæ quædā ita ἐξίτηλοι erāt vt oculos omnino fere fugerent. Iam enim olim in Italia cum huiusmodi difficultatibus, quæ aliis vetustis exēplaribus inerant, ita luctatus eram, vt eas eluctatus dici possem. Sed ad exscribenda hæc Iustini ex illo quod alioqui incommoda ista habebat exemplari, alacriorem me spes reddebat, quam de nanciscendo aliquādo tandem alio exemplari cōcipiebam. Hæc autem quamuis me fefellerit, interim spem multorum de fruendis hisce Iustini libellis, quos iampridem è prelo exiisse audiebant, fallere nolui.

Sed operā tamen dedi Clammere, vir multis modis ornatissime, vt in Germaniā venientes hi Iustini libelli, simul etiam in manus tuas primùm venirent. Quum enim tibi dicati à me essent, (vt hoc munere, eam quam contraxi tecum amicitiā colere me velle, omnibus testarer) & in vicina nobis ora Germaniæ versareris: nolui committere vt tu de hoc queri posses, quòd tibi post alios demum lectione eorum frui contigisset. Simul verò confido fore vt magnum honorē istud meum munus statim consequatur, vtpote in manus illustrissimi principis, Ioannis

Georgii, marchionis Brandeburgensis, è tuis statim transiens. Neque enim dubito quin à te ita sit institutus, vt nouitate in re etiam literaria delectari eum velis, sed nouitate in qua lector salubrem (vt ita dicam) lectionem inuenturus sit. Haud, inquam, hac de re dubitare possum, quum alia te tam multa in illius principis institutionem contulisse animaduerterim. Verùm & hoc simul animaduersum à me est, te non sine magno fructu illa contulisse: quum hinc factum sit vt ætatem prudentia longè superare dici queat. Ideóque non immeritò aliquis ambiguũ esse dixerit, túne tibi magis de huius principis institutione, an ille sibi magis de tali institutore gratulari debeat. Hoc autem vt in ambiguo diu maneat, à deo optimo maximo ardentissimis precibus contendam. Tu interim vale.

HENR. STEPH. LECTORI.

ALIA Iustini martyris scripta quā quæ ante multos annos ex officina patris mei prodierunt, in lucem ventura vix sperādum videbatur: sed ecce tamē, aliquam ad ea accessionē, ex mea (nisi potius ex eadem dicere debui) nunc accipis. Ac paruam quidem esse illam, si chartæ numerentur, & numeri earum ratio habeatur, fateor, vt & fateri cogor: sed magnam vocare non dubitem, si hæ chartæ ponderentur potius quàm numerentur, & argumenti quod his tractat, ratio habeatur. Non est autem cur in dubium quisquam vocet an verè Iustini sint, an cōtrà falsò illi adscribantur. Nam, præterquam quòd & alia quædam eius scripta ex iis quæ illa paterna editio habet, in illo ipso sunt exēpl. vnde hæc exscripsi: ex eo quòd stylus idem est (vix enim est alius scriptor Græcus cuius stylus facilius ab aliis internosci queat) necnon ex iis quæ & alibi eodem fere modo edisserūtur, nō aliū esse autorem, satis patet.

Vt verò ab iis quoque gratiam inirem qui Græcæ linguæ sunt rudes, hanc illius ad Diognetum epistolam, & orationem ad Græcos, haud absque interpretatione prodire volui. Ac fore quidem sperabam vt Ioannis Iacobi Beureri interpretationem, non meam, adiungerem, quum ab eo Latinè redditos esse hos libellos intellexissem: sed quum à multis iam mensibus Græcè excusi essent, & illa tamen eorum interpretatio in manus meas non veniret: sicut multos eorum desiderium impatienter ferre sciebam, ita & ipse, moræ impatiens, de interpretādis cogitare cœpi: & quidē nō multo pòst id quod cogitaueram, effectum reddidi. Quinetiam annotationes, in quibus multos locos partim emendarem, partim illustrarem, adieci. Quum autem postea illa Beureri interpretatio in manus meas præter exspectationem venisset, quomodo tanti viri laborem tibi non inutilem esse passus sim, ex iis quæ meis illis annotationibus subiunxi intelliges.

Sed quum librum quendam qui Theosophia vocatur, (is non aliud quàm oraculorum synagógen quandam habet) simul cum his Iustini opusculis in lucem venire idem Beurerus cuperet, nec alia ratione niteretur quàm quòd in eodem illo volumine vnde hæc Iustini sumpta sunt inueniatur: ego duabus de causis eius assentiri desiderio nolui, ac ne potui quidem. Vna est, quòd nihil ad Iustini argumentum illa faciant: nec mirum sit tamẽ istis eius libellis ibi subiungi, quum veteres scripta diuersa, & nihil omnino commune inter se habentia, in vno eodémque volumine consuenda curarent. Altera, quòd non solùm bona pars illorum oraculorũ apud varios scriptores exstet, & plerique illius Theosophiæ loci emendari inde poßint, sed multo etiam plura colligi ex iis queant: vt olim, quum aliquid temporis eidem collectioni tribuissem, cognoui.

At verò ex TATIANO *excerpta quædam illis Iustini opusculis non abs re subiunxi, non solùm quòd eiusdem argumẽti sint, (quum inter alia hoc paßim & ipse vrgeat, iustißimas sibi causas fuisse desciscendi ab ethnicorum religione: si tamen deorum cultus religionis appellatione dignus est) sed etiam quòd Iustini discipulus fuerit. quamuis Hieronymus non discipulum sed sectatorem appellet. Neque enim dubito quin sectatorẽ de discipulo dicat, vt Græci* φοιτητὴν *etiã, quod propriè sonat ventitatorẽ, necnõ* ὁμιλητὴν, *quasi cõuersatorẽ, eum vocãt. Verùm, quocunq; illã appellationẽ accipere modo libeat, etiãsi illa verisimile reddat quod apud eum (Tatianum inquam) legimus de nece quã Crescẽs quidã ei, sicut & Iustino, machinatus sit: tamẽ verum non esse, ex Eusebio constat, illa verba* καὶ ἐμὲ *omittente: & ita scribente,* ὡς τὸν Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι: *quum in typographica Tatiani editione scriptum sit,* ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ, οἷα κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι. *Te de hoc quoque obiter monendum censui. Vale.*

ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἉΓΊΟΥ ἸΟΥΣΤΊΝΟΥ,

ἘΚ ΤΗ͂Σ ΤΟΥ͂ ἉΓΊΟΥ ΦΩΤΊΟΥ πραγματείας τῆς ἐπιγραφομένης μυριοβίβλου.

ἈΝΕΓΝΏΣΘΗ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν, καὶ κατὰ Ἑλλήνων, καὶ κατὰ Ἰουδαίων· καὶ ἔτι ἑτέρα αὐτοῦ πραγματεία κατὰ τοῦ α΄ καὶ β΄ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως· ἤτοι κατὰ εἴδους, καὶ ὕλης, καὶ στερήσεως· ἐπιχειρηματικοὶ καὶ βίαιοι λόγοι καὶ χρειώδεις. καὶ κατὰ τοῦ ε΄ σώματος ὁμοίως, καὶ κατὰ τῆς ἀϊδίου κινήσεως, ἐν ᾗ Ἀριστοτέλης δεινότητα λογισμῶν ἐναπέτεκεν· ἔτι τε ἀπορειῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας κεφαλαιώδης ἐπίλυσις. ἔστι δὲ φιλοσοφίας μὲν ὁ ἀνὴρ τῆς τε καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ μάλιστά γε τῆς θύραθεν, εἰς ἄκρον ἀνηγμένος, πολυμαθείας τε καὶ ἱστοριῶν περιρρεόμενος πλούτῳ· ῥητορικαῖς δὲ τέχναις οὐκ ἔσχε σπουδὴν ἐπιχρῶσαι τὸ ἔμφυτον αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας κάλλος. διὸ καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, ἄλλως ὄντες δυνατοί, καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν διασώζοντες, τῶν ἐκεῖθεν οὐκ εἰσὶν ἀποστάζοντες ἡδυσμάτων, οὐδὲ τῷ ἐπαγωγῷ καὶ θελκτηρίῳ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκροατῶν ἐφελκόμενοι. Τέσσαρας δὲ πραγματείας κατὰ τῶν ἐθνῶν συνέταξε, ὧν τὴν μὲν πρώτην Ἀντωνίνῳ τῷ ἐπίκλην Πίῳ, καὶ τοῖς υἱέσι, τῇ τε συγκλήτῳ ἐπέδωκε· τὴν δὲ δευτέραν ὁμοίως τοῖς ἐκείνου διαδόχοις· ἐν δὲ τῇ τρίτῃ περὶ φύσεως δαιμόνων διείλεκται· ὁ δὲ τέταρτος αὐτῷ λόγος ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν συγκείμενος, ἔλεγχος ἐπιγραφὴν ἔχει. ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ ὁ περὶ θεοῦ μοναρχίας, καὶ ὁ ἐπιγραφόμενος ψάλτης· καὶ μὴν κατὰ Μαρκίωνος ἀναγκαῖοι λόγοι, καὶ ἡ κατὰ πασῶν αἱρέσεων χρήσιμος πραγματεία.

Οὗτος, υἱὸς μὲν ἔφυ Πρίσκου Βακχείου· πατρίδα δὲ εἶχε Νεάπολιν, τὴν ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τελοῦσαν Παλαιστίνης. ἐν Ῥώμῃ δὲ τὰς διατριβὰς ἔσχε, φιλοσοφῶν καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ σχήματι. διάπυρος δὲ ὢν τῆς εὐσεβείας ἐραστής, ἔσχε Κρίσκεντα, ἕνα τῶν καλουμένων Κυνικῶν, ἀντιπολιτευόμενον

αὐτῷ, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῇ θρησκείᾳ. ὑφ' οὗ καὶ συσκευασθεὶς, ἀξίως τῆς ὅλης τοῦ βίου προαιρέσεως καὶ τὴν ἐπιβουλὴν συνδιέθηκε. μαρτυρεῖ γὰρ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος, λαμπρῶς καὶ χαίρων ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ἀνεδέξατο.

ΠΕΡΙ' ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂, ἘΚ ΤΗ͂Σ ἘΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ͂Σ Ἱ ΣΤΟ-ρίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

Μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος Ὑγίνου τελευτήσαντος, Πίος ἐπὶ Ῥώμης ἐγχειρίζεται τὴν λειτουργίαν. κατά γε μὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν Μάρκος ἀναδείκνυται ποιμὴν, Εὐμένους ἔτη τὰ πάντα δέκα πρὸς τρισὶν ἐκπλήσαντος. τοῦ τε Μάρκου ἐπὶ δέκα ἔτη τῆς λειτουργίας ἀναπαυσαμένου, Κελαδίων τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. καὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων δὲ πόλιν πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίου μεταλλάξαντος, Ἀνίκητος τῶν ἐκεῖσε προΐσταται, καθ' ὃν Ἡγήσιππος ἱστορεῖ ἑαυτὸν ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ, παραμεῖναί τε αὐτόθι μέχρι τῆς ἐπισκοπῆς Ἐλευθέρου. μάλιστα δ' ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν· ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τἀνδρός. φησὶ δὲ οὕτως, Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ ὀνομάζειν μείζω τοῦ δημιουργοῦ Θεόν· ὃς καὶ κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πέπεικε βλάσφημα λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι, τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ· ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι, ὡς ἔφαμεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται· ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπι-

καλού-

καλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι. Τούτοις ἐπιφέρει, Ἔστι δ' ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ἰουστῖνος καὶ πρὸς Ἕλληνας ἱκανώτατα πονήσας, καὶ ἑτέρους λόγους ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν ἔχοντας, βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ τῷ δὴ ἐπικληθέντι Εὐσεβεῖ, καὶ τῇ Ῥωμαίων συγκλήτῳ βουλῇ προσφωνεῖ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. ἐμφαίνει δὲ αὐτὸν ὅστις καὶ πόθεν ἦν, διὰ τῆς ἀπολογίας, ἐν τούτοις,

Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ, Ἀντωνίνῳ εὐσεβεῖ, καὶ Καίσαρι σεβαστῷ, καὶ Οὐηρισσίμῳ, υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφου καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας· ἱερᾷ τε συγκλήτῳ, καὶ παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαουίας νέας πόλεως τῆς Συρίας τῆς Παλαιστίνης, εἷς αὐτῶν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν ποιοῦμαι. Καὶ μεθ' ἕτερα. Κατὰ τούσδε καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς τοῖς δεδηλωμένοις ἄρχουσι, θείῳ κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ, φιλοσόφου Κρίσκεντος (τὸ φερώνυμον δ' οὗτος τῇ κυνικῇ προσηγορίᾳ βίον τε καὶ τρόπον ἐζήλου) τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ καταρτίσαντος· ἐπείπερ πλεονάκις ἐν διαλόγοις ἀκροατῶν παρόντων εὐθύνας αὐτόν, τὰ νικητήρια τελευτῶν ἧς ἐπρέσβευεν ἀληθείας, διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνεδήσατο. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ταῖς ἀληθείαις φιλοσοφώτατος ἐν τῇ δεδηλωμένῃ ἀπολογίᾳ σαφῶς οὕτως, ὥσπερ οὖν καὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι, προλαβὼν ἀποσημαίνει τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι, Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ καὶ ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ φιλοκόμπου. οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, ὅς γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται, δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ

ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων τοῦτο πράττων. εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι, καὶ ἰδιωτῶν πολλῷ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· καὶ εἰ ἐντυχὼν μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, ἢ συνεὶς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος, ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ὢν ἐλάττων. καὶ γὰρ προθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ᾽ ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ᾽ ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἐπίσταται· ἢ, εἰ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν, ὡς πρότερον ἔφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται, ὅς γε μὴ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον τιμᾷ. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἰουστῖνος. Ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόρρησιν πρὸς τοῦ Κρίσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελειώθη, Τατιανὸς, ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι, καὶ δόξαν οὐ σμικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος, πλεῖστά τε ἐν συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας ἱστορεῖ, λέγων ὧδέ πως, Καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃσταῖς. εἶτ᾽ εἰπὼν τινὰ περὶ τῶν φιλοσόφων, ἐπιλέγει ταῦτα, Κρίσκης γοῦν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει, παιδεραστίᾳ μὲν πάντας ὑπερέφερε, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. θανάτου δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων, οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ, περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους τοὺς φιλοσόφους καὶ ἀπατεῶνας συνήλεγχε. καὶ ὁ μὲν κατὰ Ἰουστῖνον μαρτύριον τοιαύτην εἴληχεν αἰτίαν.

Ὁ δ᾽

Ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος, ἑτέρων πρὸ αὐτοῦ μαρτυρησάντων ἐν τῇ προτέρᾳ μνημονεύει ἀπολογίᾳ, χρησίμως τῇ ὑποθέσει καὶ ταῦτα ἱστορῶν. γράφει δὲ ὧδε, Γυνή τις συνεβίου ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ αὐτὴ πρότερον· ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω, ἐσωφρονίσθη, καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο, διδάγματα ἀναφέρουσα, τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλουσα. ὁ δὲ, ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων, ἀλλοτρίαν διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθαι, τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. καὶ ἐπεὶ ἐξεδυσωπεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς ἐλπίδας μεταβολῆς ἥξοντός ποτε τοῦ ἀνδρὸς, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενεν. ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα, ἐχωρίσθη. ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνὴρ, δέον αὐτὸν χαίρειν ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ κακίᾳ πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο, καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο. μὴ βουλομένου, ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. καὶ ἡ μὲν βιβλίδιον σοὶ τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα· ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν ὑπέσχετο. καὶ συνεχώρησας τοῦτο. ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν, πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὐρβίκιος ἐκολάσατο, διδάσκαλον ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον,

ἐτράπετο, διά τοῦδε τοῦ τρόπου· ἑκατόνταρχόν εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον φίλον αὐτοῦ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου, καὶ ἀνερωτῆσαι εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον Χριστιανός ἐστι. καὶ τὸν Πτολεμαῖον, φιλαλήθη, ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν, οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανὸν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο. τελευταῖον δὲ, ὅτε ἐπὶ Οὐρβίκιον ἤχθη ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη εἰ εἴη Χριστιανός. καὶ πάλιν τὰ καλὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχὴν, τὸ διδασκάλιον τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν. ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὅτι οὐκ εἴη, ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος, ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος, τὴν ὁμολογίαν φεύγει. ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. καὶ τοῦ Οὐρβικίου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανὸς, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὕτως γενομένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὐρβίκιον ἔφη, τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον, μήτε ἀνδροφόνον, μήτε λωποδύτην, μήτε ἅρπαγα, μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ἐκολάσω; οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις ὦ Οὐρβίκιε. Καὶ ὃς, οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη, δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος, μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. ὁ δὲ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει· πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἐπεῖπε, καὶ παρὰ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν Θεὸν πορεύεσθαι. καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν, κολασθῆναι προσετιμήθη. Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει, λέγων, Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι. καὶ τὰ λοιπά.

Πλεῖστα δὲ οὗτος καταλέλοιπεν ἡμῖν πεπαιδευμένης διανοίας


νοίας ὑπομνήματα, πάσης ὠφελείας ἔμπλεα. ἐφ' ἃ τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψομεν, τὰ εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἐλθόντα χρησίμως παρασημηνάμενοι. ὁ μέν τις ἐστὶν αὐτῷ λόγος πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ προσαγορευθέντα, καὶ τοὺς τούτου παῖδας, τήν τε Ῥωμαίων σύγκλητον, προσφωνητικὸς, ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων. ὁ δὲ δεύτεραν μὲν περιέχων ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν, ἣν πεποίηται πρὸς τὸν τοῦ δηλουμένου αὐτοκράτορος διάδοχόν τε καὶ ὁμώνυμον Ἀντωνῖνον Οὐῆρον, οὗ τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐπὶ τοῦ παρόντος διέξιμεν. καὶ ἄλλος ὁ πρὸς Ἕλληνας, ἐν ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων τῶν ἡμῶν τε καὶ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις ζητουμένων κατατείνας λόγον, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως· ἃ οὐδὲν ἂν ἐπείγοι τὰ νῦν παρατίθεσθαι. καὶ αὖθις ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν ἔλεγχον. καὶ παρὰ τούτους ἄλλο περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον ψάλτης· καὶ ἄλλο σχολικὸν περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας περὶ τοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος, τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων παρατίθεται τὰς δόξας· αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται, τήν τε αὐτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρῳ παραθήσεσθαι συγγράμματι. καὶ διάλογον δὲ πρὸς Ἰουδαίους συνέταξεν, ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων πόλεως πρὸς Τρύφωνα τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται· ἐν ᾧ τίνα τρόπον ἡ θεία χάρις αὐτὸν ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως παρώρμησε λόγον, δηλοῖ, ὁποίαν τε πρότερον ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα σπουδὴν εἰσενήνεκται, καὶ ὅσην ἐποιήσατο τῆς ἀληθείας ἐκθυμοτάτην ζήτησιν. ἱστορεῖ δ' ἐν ταυτῷ περὶ Ἰουδαίων, ὡς κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων, αὐτὰ ταῦτα πρὸς τὸν Τρύφωνα ἀποτεινόμενος, Οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς, ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκλεξάμενοι τότε, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, λέγοντες, αἵρεσιν ἀθέων Χριστιανῶν πεφάνθαι.

καταλέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς ἀπόντες λέγουσιν. ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις. Γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτι μέχρι καὶ αὐτοῦ χαρίσματα προφητικὰ διέλαμπεν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας. μέμνηται δὲ τῆς Ἰωάννου ἀποκαλύψεως, σαφῶς τοῦ ἀποστόλου αὐτὴν εἶναι λέγων. καὶ ῥητῶν δέ τινων προφητικῶν μνημονεύει, διελέγχων τὸν Τρύφωνα, ὡς ἂν περικοψάντων αὐτὰ Ἰουδαίων ἀπὸ τῆς γραφῆς. πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων. οὕτω δὲ σπουδῆς εἶναι ἄξιοι καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐδόκουν οἱ τἀνδρὸς λόγοι, ὡς τὸν Εἰρηναῖον ἀπομνημονεύειν αὐτοῦ φωνάς· τοῦτο μὲν, ἐν τῷ τετάρτῳ πρὸς τὰς αἱρέσεις, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιλέγοντα, Καὶ καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματι φησίν, ὅτι αὐτῷ τῷ Κυρίῳ οὐδ' ἂν ἐπείσθην, ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργόν. τοῦτο δ', ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, διὰ τούτων, Καὶ καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν. Καὶ ταῦτα δ' ἀναγκαίως εἰρήσθω εἰς προτροπὴν τοῦ μετὰ σπουδῆς τῶν φιλομαθεῖς καὶ τοὺς τούτου περιέπειν λόγους.

IVSTINI



IVSTINI MARTYRIS AD DIOGNETVM Epiſtola.



VANDOQVIDEM video te, Diognete, vir præſtãtiſſime, acerrimo ſtudio teneri diſcẽdi quis ſit diuinus cultus Chriſtianorum, ac valde apertè accuratéque percontari de illis, in quo deo fiduciam collocantes, & quam religionem colẽtes, & mundum ipſum aſpernentur omnes & mortem contemnant: ac neque eos qui à Græcis dii exiſtimãtur, pro diis habeãt, neque Iudæorum ſuperſtitionem obſeruent: & quis ſit ille amor quo ſe mutuò proſequuntur: & cur nouum hoc genus aut inſtitutum in conſuetudinem venire nunc cœperit, ac non priùs: acceptum habeo tuum hoc deſiderium, & peto à deo, qui & loquendi & audiendi nobis facultatem ſuppeditat, vt ab eo detur, mihi quidem ita verba facere vt in primis contingat, te, poſtquam audieris, meliorem euadere: & tibi, ita audire, vt triſtitia non afficiatur is qui verba fecerit.

Age igitur, poſtquã teipſum à cunctis cogitationibus mentẽ tuã præoccupãtibus purgaueris, & conſuetudinem quæ te decipit, tanquã impedimentum aliquod, reieceris, & factus fueris, velut ab initio, nouus homo, vtpote ſermonis noui (ſicut & ipſe confeſſus es) auditor futurus: vide non ſolùm oculis ſed etiam

prudentia, cuius sint subsistentiæ, aut cuius formæ, ii quos vocatis & existimatis deos. Nónne eorum alius quidem est lapis, ei qui calcatur similis? alius autem est æs, nihilo melius quàm quæ in vsum nostrum fabricata sunt vasa? alius, lignum, & quidem etiã putridum? alius, argentum, cui opus est homine custodituro, ne furto auferatur? alius, ferrum rubigine corruptum? alius, testa, nihilo speciosior ea quæ ad abiectissimum ministerium facta est? Nónne ex materia corruptioni obnoxia sunt hæc omnia? nónne ferri & ignis ope fabricata? nónne eorum aliud sculptor lapidum, aliud faber ærarius, aliud argẽtarius faber, aliud figulus finxit? minimèque in talem formam vnumquodque mutatum erat priusquam arte alicuius horũ hæc impressa ei fuisset? Nónne quæ nunc eadem è materia sunt vasa, similia his reddi queant, si eosdem artifices nanciscantur? nónne hæc quæ à vobis adorantur, ab hominibus vasa reliquis similia fieri rursum possint? Nónne surda sunt omnia? nónne cæca? nónne inanima? nónne sensus omnis expertia? nónne immobilia? nónne omnia putrescunt? nónne omnia corrumpuntur? Hæc deos vocatis, his seruitis, hæc adoratis, & omnino similes istis reddimini. Idcirco sunt vobis odio Christiani quoniã hos esse deos non arbitrantur. Atqui vos qui esse deos nunc existimatis, annon multo magis quàm illi contemptui habetis? annon multo magis quàm illi, irridetis & iniuria afficitis? dum lapideos quidem & testaceos veneramini, custodibus carentes, argenteos autem & aureos includitis noctu, ac interdiu custodes apponitis, ne furto auferantur. Et verò illis honoribus quibus vos pro-

vos prosequi eos existimatis, potius supplicio afficitis, si quidem sensu præditi sunt: sin expertes sunt sensus, *huius rei* conuincentes, sanguine & nidoribus eos colitis. Quis vestrum hæc sufferat? quis hæc sibi fieri patiatur? sed nullus quidem hominum hoc supplicium, nisi inuitus, patietur: sensu enim & ratione est præditus: at lapis patitur. sensu enim caret. Quamobrem illos sensus expertes esse conuincitis. Ac de eo quòd Christiani diis huiusmodi in seruitutem addicti non sunt, multa quidem & alia habeam quæ dicam: sicui tamen vel hæc ipsa sufficere non videantur, superuacaneum arbitror & plura dicere.

Deinceps autem de eo quòd non est illis idem cultus diuinus qui Iudæis, te maximè cupidū esse audiēdi puto. Iudæi igitur, si quidem abstinent eo de quo verba feci cultu, & deum vnum venerari, dominúmque omniū existimare volunt: * sin eodé quo ii de quibus dictum est modo, cultu illo eum prosequuntur, in errore versantur. Nam quæ Græci sensus expertibus & surdis offerentes, dementiæ dant argumentum, hi dum se deo præbere ea cogitāt, tanquā iis indigenti, stultitiam potius quàm cultum diuinum meritò existiment *id quod faciunt*. Qui enim cælum & terram, atque omnia quæ in iis sunt condidit, & nobis omnibus ea suppeditat quibus indigemus, fieri non possit vt vllo eorum indigeat quæ ipse iis præbet qui se illi dare existimant. At ii qui per sanguinem & nidorem & holocausta, facere se illi sacrificia putant, atque his eum honoribus ornare, nihil mihi differre videntur ab iis qui sensu carentia eodem honore studiosè prosequuntur, quæ percipere honorem hunc

re aliqua sibi peculiari sit notabile: neque aliquid à curiosis hominibus excogitatum proponunt sibi discendum: neque alicui dogmati humano patrocinantur, sicut nonnulli: sed incolentes partim Græcas partim barbaras ciuitates, prout cuiusque sors tulit, & indigenarum instituta sequentes, in vestitu victúque, & cæteris quæ ad vitam pertinent, mirabilem & haud dubiè incredibilem suæ politiæ statum oculis nostris proponunt. Patrias proprias habitant, sed tanquam inquilini. Omnia cum aliis communia habent, tanquam ciues: & omnia patiuntur, tanquam peregrini. Omnis peregrina regio, patria est eorum: & omnis patria, est peregrina. Vxores ducunt, vt omnes, & liberos procreant: sed non abiiciunt fœtus. Mensam communem apponunt, sed minimè pollutam. In carne sunt, sed non secundum carnem viuunt. In terra degunt, sed in cælo politiam suam habent. Obsequuntur legibus quæ sancitæ sunt, & suo vitæ genere leges superant. Amant omnes, & omnes illos persequuntur. Ignorantur, & condemnantur: morte afficiuntur, & viuificantur. Mendici sunt, & multos ditant. Rebus omnibus indigent, & omnia illis redundant. Dedecorantur, & inter dedecora gloria afficiuntur. Eorum fama laceratur, & iustitiæ eorum testimonium perhibetur. Maledictis ac conuitiis incessuntur, & bonis verbis prosequuntur. Iniuria afficiuntur, & honore prosequuntur. Quum se gerant vt probos decet, tanquã improbi puniuntur: dum puniuntur, gaudent, tanquam viuificentur. Aduersus eos, tanquam alienigenas, Iudæi bellum gerunt, & Græci eos persequuntur: & osores eorum causam inimicitiarũ dicere nequeunt.

Atque, vt ſemel omnia cõplectar, quod eſt in corpore anima, hoc ſunt in mundo Chriſtiani. Diſperſa eſt per omnia corporis membra anima, & Chriſtiani per mundi ciuitates *diſperſi ſunt.* Habitat quidẽ in corpore anima, ſed non eſt è corpore: *ſic* & Chriſtiani in mundo habitant, ſed è mundo non ſunt. Inuiſibilis anima in viſibili corpore, tanquam in præſidio, conſtituta eſt: *ſic* & Chriſtiani cognoſcũtur, dum in mundo commorantur, ſed inuiſibilis eſt eorum cultus diuinus. Odio proſequitur animã caro, & bellũ ei mouet, quòd voluptatibus frui prohibeatur: odio proſequitur & mundus Chriſtianos, quoniam voluptatibus repugnant. Anima carnem amat, quæ ipſam odit, & *amat* membra: *ſic* etiam Chriſtiani amant oſores. Incluſa quidẽ eſt anima corpore, ſed ipſa corpus conſeruat: *ſic* & Chriſtiani detinentur quidem in mundo, tanquam in cuſtodia, ſed ipſi mundum conſeruant. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: & Chriſtiani illa quæ corruptioni ſunt obnoxia, tanquã inquilini, incolunt, incorruptibilitatem cæleſtem exſpectantes. Anima, dum cibo & potu malè tractatur, fit melior: & dum Chriſtiani ſuppliciis afficiuntur quotidie, numerus eorum creſcit.

Deus illos tam inſignẽ tenere locum voluit, quem illis nefas eſt defugere. Non enim terrenũ, vt dixi, inuentum, hoc illis traditum eſt: neque mortalis eſt cõmentatio, quam adeo accuratè cuſtodiẽdam ſibi cenſent, neque humanorum myſteriorum œconomia illis commiſſa eſt: ſed ipſe verè deus, qui eſt omnipotẽs, & omnium conditor, ac inuiſibilis, è cælis Veritatem & Verbum ſanctum ac incomprehenſibile inter homines

mines locauit, & in cordibus eorum firmam habere ſedem voluit: non, quemadmodum aliquis coniicere poſſit, miſſo hominibus miniſtro aliquo, aut angelo, aut principe, aut aliquo eorum qui terrena gubernant, aut quopiã eorum quibus commiſſa eſt rerum in cælis adminiſtrandarum cura: ſed ipſo opifice & creatore omnium: quo cælos condidit, quo mare ſuis terminis concluſit: cuius myſteria fideliter ab omnibus elemẽtis obſeruantur: à quo certa ſpatia diurnorũ curſuum *ſol* obſeruãda accepit: cui paret luna, iubenti eam lucere nocti: cui aſtra obtemperãt, lunæ curſum ſequentia: à quo omnia diſpoſita ſunt, & ſuis limitibus circumſcripta: & cui ſunt ſuppoſita, cæli & quæ in cælis ſunt, terra & quæ in terra ſunt, mare & quæ in mari: ignis, aer, abyſſus: quæ in altitudinibus, quæ in profunditatibus, quæ in medio *locata ſunt.* Hunc ad eos miſit: an, vt aliquis hominum cogitare poſſit, tyrannidis exercendæ & terrorem incutiendi cauſa? Minimè verò: ſed in clementia, in lenitate, tanquam rex mittẽs filium regem, miſit, tãquam deum miſit, tanquam ad homines miſit, tanquam ſeruans miſit: tanquam cum obſequentibus agens, non tanquam violentiam adhibens. violentia enim deo non ineſt. miſit vt vocans, non perſequens: miſit vt amãs, non condemnans. Mittet enim eum condemnaturum, & quis eius aduentum ſuſtinebit? * *

obiectos feris, vt abnegent Dominum: & non vinci. Non vides, quo plures qui ſuppliciis afficiunt, tanto maiorem aliorum eſſe numerum? Hæc non videntur ab homine fieri, hæc ſunt dei potentia. hæc aduentus

noſtris gauderet, ſed ea tolerans: neque illud quo iniuſtitia exercebatur tempus approbans, ſed mentem iuſtitiæ creans: vt quum eo tempore conuicti eſſemus è propriis operibus, vita eſſe indigni, nũc dei benignitas nos ea dignaretur: & quum manifeſtũ feciſſemus, non poſſe ex eo quod in nobis ſitum eſt in regnũ dei ingredi, per potẽtiam dei nobis id poſſe daretur. Quũ autem ad cumulum malitia noſtra perueniſſet, & plenè manifeſtum factum foret, mercedem peccati eſſe ſupplicium, & mors exſpectaretur: adueniſſẽtque tempus à deo præſtitutum ad ſuam deinceps benignitatẽ ac potentiam declarãdam, & quomodo præ immenſo quo homines proſequitur amore, nos odio non habuerit, neque reiecerit, neque improbitatis noſtræ memorem ſe oſtenderit, ſed patiẽter eam tulerit: peccata noſtra ſuſceperit: proprium ipſe filium pretium redemptionis pro nobis dedit, ſanctum pro iis qui legem tranſgreſſi erant, nihil minus quàm malum, pro malis, iuſtum pro iniuſtis, corruptionis neſcium pro obnoxiis corruptioni, immortalem pro mortalibus. Quid enim aliud peccata noſtra potuit tegere quàm eius iuſtitia? in quo alio nos iniqui & impii pro iuſtis haberi poſſumus quàm in ſolo dei filio? O dulcẽ permutationem: ô imperueſtigabile artificium: ô beneficia exſpectationem omnem ſuperantia: vt iniquitas quidem multorum in iuſto vno abſcondatur, iuſtitia autem vnius faciat vt multi iniuſti pro iuſtis habeantur. Quum igitur ſuperiori tempore *huius* nos *rei* conuiciſſet, non poſſe noſtram naturam vitam conſequi, nunc autem ſeruatorem oſtendiſſet qui ſeruare poſſet ea etiã quæ ſeruari non poterãt; vtrinque nos benigni-

tati suæ fidem habere voluit, ipsum existimare altorem, parentem, magistrum, consiliarium, medicum, mentem, lucem, honorem, gloriam, robur, vitam: de vestitu & victu solicitos non esse.

Huius etiam tu fidei si desiderio tenearis, & illam accipias, primùm quidem cognosces patrem. Deus enim homines dilexit, propter quos mundum creauit, quibus omnia subiecit quæ in mūdo sunt: quibus rationem, quibus mentem dedit: quibus solis ad ipsum oculos attollere permisit: quos ad imaginem suam formauit: ad quos filium suum vnigenitum misit: quibus cæleste regnū promisit, & dabit quòd ipsum dilexerint. Postquam autem *illum* cognoueris, quanta te impletum iri lætitia existimas? aut quantum diliges eum qui prior te ita dilexerit? Quum autem diligere cœperis, imitator benignitatis eius eris. Ac ne mireris, posse hominem esse imitatorem dei. potest, eo volente. Non enim, imperium in proximos obtinere, neque velle potiore conditione esse quàm ii qui sunt infirmiores, neque diuitem esse & vim inferre inferioribus, est beatum esse: neque in his deum imitari quisquam potest, sed hæc extra eius maiestatem sunt: at qui proximi onus in se recipit, qui qua in re superior est, alium qui est inferior, beneficio vult afficere, qui quæcunque habet, à deo accepta, ea indigis suppeditans, deus fit eorum qui accipiunt, is dei est imitator. Tunc perspicies, in terra degens, deum in cælis mundum, velut aliquam rempublicam, gubernare: tunc mysteria dei loqui incipies: tunc eos qui puniuntur quòd abnegare deum nolint, & diliges & miraberis: tunc imposturam mundi & errorem damnabi,

mnabi,


mnabis, quum verè in cœlo viuere didiceris: quum eius quæ hîc mors esse censetur contemptor esse, & mortem, quæ reuera est mors, formidare cœperis: quæ seruatur iis qui ad ignem æternum damnabuntur, qui sibi traditos afficiet supplicio ad finem vsque. Tunc admirationi tibi erunt qui pro iustitia ignem patiuntur, tunc beatos prædicabis, quum ignem illum cognoueris. * * * Non facio verba de rebus peregrinis, neque secus quàm rationi consentaneum sit quæro: sed quum apostolorum fuerim discipulus, fio gẽtium doctor. quæ tradita sunt *mihi*, subministro iis qui discipuli fiunt digni veritate. Quis enim rectè edoctus, non studet discere apertè quæ per Sermonẽ ostẽsa sunt clarè discipulis, quibus declarauit Sermo cõspicuus factus: liberè loquens: quum ab incredulis non intelligeretur, sed discipulis enarraret: qui fideles ab eo existimati cognouerunt patris mysteria. Cuius rei gratia Sermonem misit, vt à mundo conspiceretur. qui à populo cõtemptus, apostolorum præconio promulgatus, à gentibus est creditus. Hic qui ab initio erat, qui nouus apparuit, & inuentus, & semper nouus in sanctorum cordibus nascens. Hic qui semper, hodie filius habitus, per quem ecclesia ditatur: & gratia expansa, in sanctis incremẽtum accipit, præbens mentem, patefaciens mysteria, annuntians tempora, gaudens super fidelibus, quærẽtibus donans: quibus limites fidei non perfringuntur, neque limites patrum transiliũtur. Deinde metus legis decantatur, & prophetarum gratia cognoscitur, & euangeliorum fides stabilitur, & apostolorum traditio custoditur: & ecclesiæ gratia exultat. Quam gra-

tiam molestia non afficiens, cognosces ea de quibus Sermo instruit, per quos vult, quum ei libet. Quæcũque enim volũtate iubentis Sermonis excitati sumus ad eloquẽdum, cum labore, ex dilectione, eorum quæ reuelata sunt nobis, sumus vobiscum participes. Quæ quum legeritis & audieritis studiosè, scietis quæcunque præbet deus diligentibus rectè. qui fuistis paradisus deliciarum, qui lignum genus omne fructus ferẽs, bellè germinans, in vobis ipsis produxistis, variis fructibus ornati. In hoc enim loco lignum cognitionis & lignum vitæ plãtatum fuit. verùm nõ quod est cognitionis, id est quod è medio tollit, sed inobediẽtia è medio tollit. Neque enim ea sunt obscura quæ scripta sunt, deum ab initio lignum vitæ in medio paradisi plantasse, per cognitionem vitam ostendentem. qua quum pure vsi non essent qui ab initio fuerunt, impostura serpentis nudati fuerunt. neque enim vita sine cognitione, neque cognitio tuta sine vita vera. Ideo in propinquo vtrunque plantatum fuit. Quam facultatem quum perspexisset Apostolus, & reprehẽdens cognitionem quæ sine veritate mandati in vitam exercetur, dicit, Cognitio inflat, dilectio autem ædificat. Qui enim putat se scire aliquid, sine cognitione vera & cui testimonium perhibetur à vita, non cognoscit, à serpente decipitur, ob amorem vitæ. at qui cum timore cognitionem est adeptus, & vitam quærit, in spe plantat, fructum exspectans. Esto tibi cor, cognitio: vita autem, sermo verus qui recipitur. Cuius lignum ferens, & fructum, percipies semper quæ apud deum desiderantur, quæ serpens non attingit, neque impostura se illi applicat: neque Eua corrumpitur,

rumpitur, ſed virgo creditur: & ſalutare oſtenditur, & apoſtoli intelligentia inſtruuntur, & Domini paſcha progreditur, * & cum mundo coaptatur: ac docens ſanctos Sermo lætatur, per quem Pater glorificatur. Cui gloria in ſecula. Amen.



EIVSDEM IVSTINI ORATIO AD GRAECOS.



NE EXISTIMATE Græci nulla me cum ratione, aut nullo cum iudicio à veſtris ritibus deſciuiſſe. Nihil enim in illis ſanctum aut deo acceptum inueni. Illa ſiquidem ipſa quæ poetæ veſtri compoſuerunt, rabiei & vinolentæ cuiuſdam petulantiæ ſunt monumenta. Nam ſiquis ad eum qui apud vos doctrina excellit, diſcendi gratia accedat, in plures quàm quiſquam hominum difficultates delabitur. Primùm enim dicũt, Agamemnonem magnæ fratris libidini, rabiei, & effræni cupiditati auxiliantem, filiam ad ſacrificium haud grauatè dediſſe, & totam Græciam turbaſſe, vt Helenam recuperaret, quæ à paſtore rapta erat. Quum autem bello etiam ſuperueniente captiuos abduxerunt, ipſe Agamemnon à Chryſeide captiuus abductus eſt, & aduerſus Thetidis filium propter Briſeidẽ inimicitias ſuſcepit. Ipſe autem Pelides, qui fluuiũ ſaltu tranſiliit, qui Troiam euertit, qui Hectorem in poteſtatem redegit, veſter ille heros, Polyxenæ ſeruitutẽ ſeruiebat, ab Amazone mortua ſuperatus erat: quum arma à deo fabricata exuiſſet, & veſtem qualem ſponſæ gerunt induiſſet, amoris conciliatrix victima in Apollinis templo fuit. At Ithacenſis Laertiades ex improbitate famam virtutis lucratus eſt. Fuiſſe autem bonæ

prudentiæ

prudentiæ expertem, illa circa locum vbi Sirenes erãt nauigatio declarauit: quum prudentia aures obthurare non potuerit. Telamonius ille Aiax, septemplicis clypei gestator, iudicio quod de armis *Achillis* aduersus Vlyssem intenderat, superatus, furore corripiebatur. Hæc doceri nolo. non enim de tali virtute contendo, vt Homeri fabulis fidem præbeam. Est enim tota rapsodia Iliadis & Odysseæ, principium ac finis, mulier.

Sed quoniam post Homerum *fuit* Hesiodus, *qui* opera & dies conscripsit, quis nugaci eius theogoniæ assentietur? Aiunt Saturnum Cæli filium imperium patri abrogasse, & sceptra cepisse: qúmque ortus ei metus esset ne similia pateretur, in animum induxisse liberos comedere. Sed Iouem, quum Curetum solertia furto sublatus esset & latuisset, vinculis patrem cõstrinxisse: ac partitione, vt aiunt, facta, Iouem quidem æthere potitum esse, Neptunum autem, profundo: at Plutonem inferos pro sua portione sortitum esse. Verùm Pluto quidem Coren, *id est Proserpinam*, rapuit: & Ceres per deserta errans, filiam quærebat. atque hanc fabulam in altum ignis Eleusinius extulit. Alia autem ex parte Neptunus Melanippæ pudorem rapuit, dum illa aquaretur: quinetiã turba Nereidũ non paucarum abusus est: quarum nomina si commemoremus, magnam verborum multitudinem cõsumemus. Ad Iouem autem quod attinet, is multis modis adulter, in Antiope, vt satyrus: in Danae, vt aurum: in Europa taurus erat: apud Ledam verò alas sumebat. Nam Semeles amor & eius petulantiam & ipsius Semeles zelotypiam coarguit. At Ganymedem Phrygem (ceu ferunt)

ferunt) vt pincernæ officio fungeretur, rapuit. Ac Saturnii quidem ita se gesserunt.

At vester ille Latoides, *id est Apollo*, qui magni est nominis, quum se artis vaticinandi peritum professus esset, seipsum mendacii conuictum reddidit. Daphnen enim quum persequeretur, eam non est assequutus: & AEacidæ illum sciscitato mortem vaticinatus non est. Nam Mineruæ virile vitæ genus, Dionysi muliebre, Veneris meretricium taceo. Legite Ioui Græci legem aduersus eos latam qui parentem pulsant, & pœnam adulterio irrogatam, & pædicationis turpitudinē *docete*. Docete Mineruam & Dianam quæ sint mulierum opera, & Dionysum, quæ sint virorum. Quid maiestate aliqua dignum præstat mulier armis ornata? quid vir ille qui cymbala & corollas ac muliebrem vestem pro suo cultu habet, & cum mulierum grege orgia celebrat? Nam triuesperum Alcidem certaminum Iouis filium: qui occidit leonem, & capita multa habentem hydrā prostrauit. Verùm is qui aprum robore infatigabili præditum morti dedit, qui aues hominum voratrices potuit volantes deturbare, qui canem tricipitem ex inferis sursum abduxit, qui Augiæ validum murū purgare stercoribus potuit, qui tauros & cieruā interfecit, naribus ignem spirantes, & fructum aureū ab ipso trūco accepit, qui serpentem venenum iaculantem confecit (& Acheloum quam ob causam occiderit, fas non est dicere, & hospitum interfectorem Busirin) qui montes saltu transiliit, vt aquam acciperet quæ vocem articulatam edebat, sicut fama est: qui tam multa & talia tantáque facere potuit, is, tanquā puerulus, aures suas persona-

personare ſtrepitu cymbalorum, quæ ſatyri pulſabāt, & fœminæ amore ſuperatus, ſe à Lyde ridente in nates cædi lætabatur. ac tandem, quum Neſſeam tunicam exuere non potuiſſet, pyra aduerſus ſeipſum ſtructa, vitæ finem ſtatuit. Deponat zelotypiam Vulcanus, & ne inuideat ſi, quum ſenex & claudus eſſet, odio haberetur, at Mars charus foret, qui iuuenis ac formoſus erat. Veſtri igitur dii, ô Græci, præ libidine tales eſſe cōuicti ſunt, veſtri autem heroes, effœminati, vt declararunt veſtræ hiſtoriæ, quæ tragœdiis argumenta ſuppeditarunt, Atrei piacula, Thyeſtæ concubitus, & Pelopidarum execrāda facinora: & Danaum inuidia impellente cædes perpetrantem, & filiis carentem ebrium: & Thyeſteas cœnas, *quas* Erinnyes ſtruebant. Ac Procne ad hunc vſque diem pennata gemit, & huius ſoror Athenienſis poſt abſciſſam linguam ſtridorem quendam edit. Nam OEdipodis tranſfixos fibulis pedes quid attinet referre? & Laii cædem, & cum matre initas nuptias, & quomodo fratres eius ac filii mutuis vulneribus occubuerint? Veſtros etiam conuentus panegyricos odio proſequor. Ibi enim luxui immenſum in modū & multo plus quā ad ſatietatem indulgetur: ibi ſunt artificio exquiſito factæ tibiæ, quæ ad motus incitant quales ſunt œſtro percitorū: & vnctiones curioſæ ac ſuperuacaneæ, quæ vnguētis fiunt. quod & de corollis dici poteſt quibus capita redimiuntur. Ac tanto malorum aceruo verecundiam circumſcribitis: impletúrque vobis mens dum præ intemperantia & petulantia in Bacchicum quendā furorem prorumpitis: vnde etiam rabioſis vti concubitibus ſoliti eſtis.

Dixerim autē vobis hoc quoque, Quid tu, quū Græcus sis, filio tuo ſuccenſes, ſi Iouem imitans, tibi inſidiatur, & nuptias tuas furatus eſt? cur hūc eſſe inimicū cēſes, at illi ſimilia perpetrantē veneraris? Cur item de vxore tua expoſtulas, quòd petulanter viuat & libidinoſè, at Venerem tēplis honoraſti? Ac, ſi quidem iſta ab aliis dicta eſſent, accuſatio mera eſſe viſa fuiſſent, ac nō veritas: ſed contrà poetæ veſtri hæc canunt, hæc clamant eæ quæ apud vos ſunt hiſtoriæ. Accedite in poſterū Græci, & ſapientiæ incomparabilis participes eſtote: ac diuinis ſermonibus docemini, & regis corruptioni nō obnoxii notitiā capite: miniméque heroes iſtos agnoſcite, qui cædes patrant in hominum turba. Noſter enim ille *imperator* nō vult corporis ſtrenuitatem, & neque faciei pulchritudinē, neque nobilitatis elatos ſpiritus: ſed animā puram, ſanctimonia munitam. Iam autem nobis aſſiduè præeſt ſermo diuinus, & regis noſtri teſſeræ circa diuinas actiones, vtpote vi ſermonis in animam peruadēte, tibia pacifica, dum animæ bellū mouetur. O grauium affectuum fugatorium inſtrumentum: ô ignis animæ inſiti exſtinctorium magiſterium. Hæc nos non efficit poetas, non philoſophos reddit, neque oratores excellētes, ſed docēs, ex morti obnoxiis immortales, & deos ex mortalibus facit. E terra autē in ea loca tranſfert quorū termini ſunt vltra Olympū. Accedite *Græci*, docemini. Eſtote vt ego: quoniam & ego eram vt vos. Hæc me ceperunt, & doctrinæ vis enthea, & ſermonis efficacia: quoniā ſicut incantator peritus formidabilem ſerpentem fugat, poſtquam fecit vt è ſuo latibulo ereperet: ſic ſermo ex intimis animi penetralibus formidabiles

dabiles

dabiles sensuum affectus expellit. ac primùm cupiditatē, ex qua quicquid formidabile est nascitur, inimicitiæ, rixæ, inuidia, æmulationes, iræ, & his similia. Cupiditate igitur expulsa tranquillitatem & serenitatem anima consequitur. Soluta autem malis quæ ceruicem eius circumfluunt, ad eum abit qui ipsam condidit. in eum enim locum oportet restitui vnde abscessit.

HENRICI STEPHANI ANNOTATIONES IN IVSTINI epistolam ad Diognetum: in quibus interpretationis quorundam difficilium locorum ratio redditur: & multi ex coniectura emẽdantur; nec pauci cum aliis similibus eiusdẽ scriptoris conferuntur: quorum etiam quidam corriguntur.

Pag.1.Ver.σπουδακ.] Vbique θεοσέβειαν reddidi *diuinum cultum*, siue *dei cultum*. in qua interpretatione verbum verbo redditur. Sed vbi non addit *Christianorum* (vt hîc) vel non dicit τὴν ἡμετέραν: sæpe cum adiectione τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν vel τὴν ὀρθὴν dicit. Sic in Parænetice orationis principio, ἐπεὶ πάνυ ὑμῖν ὁ περὶ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πρόκειται λόγος. Sed & pag. quarta, necnon 22.vbi etiam scribit, huius veri cultus diuini, vel huius veræ religionis, primum esse indicium, vnum & solum deum agnoscere. At τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν habemus eadem pag. necnon in fine eius quæ illam excipit.

Ethnicorum autem religionem, in eadem pag. quæ prima est illius orationis Paræneticæ, τὴν ψευδώνυμον θεοσέβειαν appellat. Sed & λατρείαν absque adiectione vlla vocat: itidémq; λατρεύοντα dicit in Apol.poster.pag.156.ἔρημα γὰρ ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ θεοῦ, χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα. Ac pro λατρεύειν vtitur & verbo δουλεύειν (contra illos qui hæc distingui putarunt, sicut & λατρείαν ac δουλείαν) cùm alibi, tum in illa oratiuncula, pag.2, οὓς θεοὺς καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε. Quamuis autem addat, τούτοις προσκυνεῖτε, tamen potuisse verbo δουλεύετε esse contentũ, ex eo apparet, quod quũ in eo quẽ modò attuli loco legamus, χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα (cui synonymum est illud δουλεύοντα) in alio, χειρῶν ἔργοις προσκυνεῖν dicat, pro eodem, ex Menandro: si modò locus ille ita corrigatur vt ego corrigendum censeo. Is est in Apol.2.pag.143, πρὸς δὲ τὸ μὴ δεῖν χειρῶν ἀνθρώποις προσκυνεῖν. Scribendum enim aio, χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους προσκυνεῖν. vel, ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων. aut ἀνθρωπίνων. Fateor tamen, in hoc verbo προσκυνεῖν ad quendam etiam respici honorẽ qui exhibetur, maiorẽ quàm quum λατρεύειν aut δουλεύειν dicitur: videlicet ad adorationẽ, seu venerationẽ. Nam cui quis seruitutem

seruit,

seruit, non protinus eum adorat etiam, aut veneratur. Ac legimus quidem nonnullos aliquod adorationis genus imperatoribus Romanis exhibuisse, sed Christianos ab ea scimus abhorruisse. Quod ex hoc etiam ipso scriptore discimus, in Apologia posteriore. nam ibi (pagina editionis paternæ septima, in fine) postquã illa Christi verba citauit, *Reddite igitur quæ cæsaris sunt, cæsari, & quæ sunt dei, deo:* subiungit, ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. Quem locum interpretabor, & de quo aliquid dicam, in quadam ex annotationibus in paginam secundam: vbi agam de verbo δεδουλῶσθαι, dicto itidẽ de cultu qui diis exhibetur, sed dicto fortasse non sine aliqua nouitate.

Nominat etiam θρησκείαν, vtens & ipso verbo θρησκεύειν, vnde nomen illud factum est. nam in principio pag. tertiæ huius epistolæ legimus θρησκείαν, & pagina 2. αἵμασι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύετε. In Parænet. autem oratione & θρησκείαν dicit sine adiectione, & alicubi τὴν τῶν μὴ θεῶν θρησκείαν. Quinetiam δεισιδαιμονίαν vocat pag. illa 22. Ac τὴν τῆς πολυθεότητος μὴ ἀληθῆ δόξαν (nisi potius scribendum τὴν περὶ τῆς πολυθεότητος) de eadem religione dicit in eadem oratione: necnon vno verbo τὴν πολυθεότητα: idque frequentius.

Neque tamen non & θεοσέβειαν alicubi & de ethnicorum religione dicit, nihil adiungens: idque, non ibi tantùm vbi in eorum persona loquitur, (veluti quum dicit, οὓς διδασκάλους ὑμῶν τῆς θεοσεβείας γεγονέναι φατέ, pag. 3. Paræn. quum & in principio dixisset, τίνας ἑτέρους τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκάλους ἔχειν οἴεσθε) sed & alibi, vt in illa pag. Parænet. orationis, πρῶτον μὲν τοὺς τῆς θεοσεβείας ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν ἐξετάσαι διδασκάλους. Sed minus propriè ethnicæ religioni tribui hanc appellationem constat: quin eam alioqui non tantùm aliis illis quæ retuli nominibus sed etiã πλάνην aliquot locis, necnon ἀπάτην (& quidem iure optimo) appeller. Sic autem & verbum θεοσεβεῖν de Iudæis pariter dicit, circa finem pag. secundæ huius epistolæ.

Quemadmodum autem impropriè θεοσέβειαν ethnicis quoque tribuit, ita videri possit θεολογίαν non satis propriè illis tribuere. vt pag. 3. Paræn. πολλῷ γελοιοτέραν τῆς τῶν ποιητῶν θεολογίας οὖσαν. Sed hic tamen vocis istius vsus excusari magis potest, quòd alia non suppetat.

Ad vocabulum θεοσέβειαν vt reuertar, multo frequentius pro-

prium illi dat vsum, de Christianis eo vtens. Quo etiam modo in illa Paræn. or. θεοσεβεῖς eos nuncupat, illis opponens τοὺς ἔξωθεν: pag. 17, καὶ εἰς τὴν ὑπὸ πάντων, οὐ μόνον θεοσεβῶν ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξωθεν, κηρυττομένην ἀφορῶντας κρίσιν. Itidemque pag. 23, τοῦτο γὰρ καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν ἠκρίβωται. Sed plenius pag. 15, οἱ ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας. Potius tamen non ab hoc tantùm sed ab aliis quoque Christianis οἱ ἔξωθεν (interdū etiam, sed minus frequenter, οἱ θύραθεν) absque vllâ adiectione nominantur, præsertim vbi à scriptoribus Christianis alios volunt distinguere. Quamuis autem Iudæi quoque hac comprehendi appellatione possint, tamen vbi de iis loqui libet, suo eos nomine vocare mauult.

Nequaquam verò, sicut à Christianis ad ethnicos transfert θεοσέβειαν, ita quis nonnulla quæ de ethnicis dicuntur, aut de Iudæis, ad Christianos transferre possit: præsertímque illud δεισιδαιμονία. nam & ab ipsis ethnicis in malam partem accipiebatur. Sed & θρησκεία (vnde factum per compositionem & ἐθελοθρησκεία) minus aptè dici de Christianis videtur: quamuis Iustinus & de illis voce hac vtatur in Parænet. oratione, τούτους ἡμεῖς τῆς ἡμετέρας θρησκείας διδασκάλους γεγονέναι φαμέν. at de Iudæorum, non minus quàm ethnicorum, religione dici, haud videri mirum debet, quum & δεισιδαιμονία de eadem dicatur.

Ver. πῶς θρησκ.] Ex iis etiam quæ dixi modò de voce θρησκεία, conicere est, Iustinum de Christianis hoc vocabulo vti tanquā eo ipso quo Diognetus vsus sit, potius quàm vt suo.

Ibidem, αὐτόν τε κόσμον (nisi αὐτόν τε τὸν κόσμον scripsit) ὑπερορῶσι.] Cùm alia hunc mundi contemptum testari dici queunt, tum quòd χρημάτων & κτημάτων πέρι minimę curarent, vt docet in Apol. posteriore, in extrema pag. 139.

Ver. πάντες] Mortem non timuisse Christianos multi huius scriptoris loci testantur: ex quibus est hic, pag. 158, οὐ γὰρ δεδοίκαμεν θάνατον. Necnon iste, pag. 138, ἀλλ᾽ ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου. Vbi post τοῦ addo σώματος: hoc sensu, *Sed quoniam spem in iis quæ præsentia sunt repositam non habemus, non curamus eos qui occidunt, quum corpus morti omnino debeatur* (vt dixit Horatius, *Debemur morti nos nostráque.* licet hoc genus loquendi respondeat potius illi, θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.) Sed & hic, pag. 150, ἡδέως, ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, ἀποθνήσκομεν. Exemplum autem, vel potius exempla, huius rei habemus in iis qui in

Apologia

Apologia priore narrantur Vrbico (siue Vrbicio) tam audacter professi se Christianos esse, quum necem sequuturam hanc professionem scirent. Sed locus ille petendus ex iis quæ ab Eusebio afferuntur in ipsius Iustini vita: quũ in Iustini editione eius tantùm principium & finis habeâtur. Cæterùm ad hunc Christianorum contemptum mortis pertinet illud Iustini ad imperatorem & ipsum senatum, Vos inter ficere quidem *nos* potestis, sed nequaqum potestis lædere.

Ibidem, καὶ οὔτε τοὺς νομιζ.] Quòd neque eosdem quos ethnici deos colerent, neque cum Iudæis de religione illis conueniret, ἄθεοι ab ethnicis vocabantur, vt legimus apud hunc ipsum scriptorem, in Apol. posteriore pro Christianis: pag. 137 & 139, atque alibi. Noua autem quadam elegantia ab eo dicitur in illa pag. 137. καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ.

Ver. ὑπὸ τῶν ἑλλ.] Vt de ethnicorum, ita & de Iudæorum religione *δεισιδαιμονίαν* dicit: sed obseruandum est, quũ hîc de tota eorum religione vocabulo isto vtatur, ad sabbatismũ restringere, p. 3, dicentem, τὴν περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν. Vbi tamen non de sabbatis tãtùm hoc intelligi voluisse Iustinum existimo.

Ver. βίον) Si vertissem, verbum verbo reddens, *ingressum est in vitam nunc*, de nũc nato intelligi potuisset. Idémque contigisset, si *in mundum* dixissem: quãuis Budæus ita reddi posse hoc vocabulum putarit, nonnullis in locis, in quibus talem vsum habere dico. Sed nec interpretari satis aptè potuissem, *ingressum est (*vel *introiit) in homines*. aut, *in mortales*. Nam, præterquã quòd iam præcedit genitiuus *hominum*, qui videlicet cum nomine *genus* subauditur: eadem illa quam modò proposui ambiguitas orta fuisset. Haud tamen dubitassem ita vertere, *Et cur nouum hoc genus cœtus hominum celebrare* (vel *frequentare*) *cœperit*: nisi adderetur, ἢ ἐπιτήδευμα, id est, *aut institutum*. nam de instituto quoque sic loqui ausus non sum. Alioqui interpretationi huius loci Aristotelis, συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ βίος ἅπας, satis commodè vocabulum illud adhibeatur. Quo autem hîc vtitur modo voce ista Aristoteles, eodem sæpe vtitur Sextus philosophus. Habétque interdum eundem apud Græcos vsum ὁ κοινὸς βίος.

Ver. ἀκούσαί σε] Perinde verti acsi scriptum esset, ἀκούσαντά σε.

Ibidẽ, pro σοί τε scribendũ puto σοὶ δὲ, quũ præcedat ἐμοὶ μὲν.

Ver. περὶ τὴν] Συνήθειαν (id est *consuetudinē*) vocat opinionem consuetudine receptam. Hinc fit vt in Apologia posteriore, pag. 139, quum dixerit τὰ ἔθη, continuo post pro eodem δόξαν dicat. Præcedit enim, τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, & statim sequitur, πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες.

V. ἴνος ὑπος.] Alio quàm *subsistentiæ* vocabulo libenter vsus essem, etiamsi alios eo in similibus vsos esse locis non ignorem. Nec fortasse minus aptè *essentiæ* dixissem. Vsus est autem illo nomine Iustinus & in sua ad Zenam & Serenum epistola: pag. 5. Postquam enim dixit, ποιότητες δὲ ψυχῶν καὶ ἀπὸ τοῦ βίου δείκνυνται, subiunxit, διὰ γὰρ τῶ περὶ τὴν αἰσχροφιλίαν ἐπιτηδεύματος γινώσκονται καὶ τῶν μὴ φαινομένων αἱ ὑποστάσεις.

Sed & εἴδους an debuerit ita verti, non immeritò quis dubitet: quū alioqui pro forma μορφὴν potius fuisse dicturus videri cuipiam possit. Verùm si intellexisset Cuiusmodi res sint, nō videtur fuisse alteram vocem præfixurus. Adde quòd pag. seq. de illorum forma (id est, ea quæ illis datur) apertè disputat, vtens etiam participio μεταμεμορφωμένον. Quinetiam in Apol. posteriore, pag. 137, de iisdem ethnicorum diis loquens, μορφῆς appellatione vtitur: negans credi à Christianis deum habere talem μορφὴν qualem illi suis diis tribuunt & quam aiunt quidam εἰς τιμὴν μεμιμῆσθαι. Quibus adiicit, ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. Dixerat autem antea, ἀλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν τιμωμένοις ἄνθρωποι (sed ἀνθρώποις lego) μορφώσαντες, καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες, θεοὺς προσωνόμασαν. pro quo substituo προσωνομάσαμεν. Vel ex his locis apparet, me non malè hîc εἴδους esse interpretatum *forma*. Possit tamē locum habere & nomen *species*: sic vtendo (quum alioquin illi Græco nomini & in alio vsu respōdere sciamus) vt Lucretius vtitur, quum dicit, *Semiferæ hominum species*. Nam hîc *species* non dubitem εἴδη vertere. At verò apud Ciceronem habemus duo hæc cōiuncta, *formam & speciem*, de diis, *Confingere quandam formam & speciem deorum*.

Cæterùm miretur quis ἱερᾶτε in præsentis significatione, & suspectum habeat: vt autem ipse non valde mirer faciunt quæ in Thesauro de themate ἱερέω dixi.

Ver. χαλκὸς] Insignis est eiusdem eadem de re locus, Apologia posteriore pro Christianis, in extrema pagina 137. τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι, ξέοντες καὶ τέμνοντες, καὶ χω-

καὶ χωνεύοντες, καὶ τύπτοντες. Quibus addit, illos sæpenumero vilia etiam nulliúsque pretii vasa in deos refingere. Quæ eius verba aliquanto post afferentur.

V. τοῦ φυλ.] Pro φυλάξαντος non dubitaui substituere φυλάξοντος: cuiusmodi error sæpe & apud alios occurrit. Cęterùm in eo cuius modò mentionem feci loco, de hac etiam vesaniâ loquitur, qua homines diis custodes adhibentur. Vtitur autem appellatione ἐμβροντησίας, alia etiam de fabricatoribus deorum prius dicens. *O vesaniam*: (inquit) *homines libidinosos dici fingere deos, qui proponantur adorandi, & aliam ipsi materiæ formam dando, eos facere: quinetiam tales templorum in quibus reponuntur, custodes constituere: non considerantes nefarium esse, etiam cogitare, aut dicere, deos ab hominibus custodiri*. Vbi λέγεσθαι scribo. Quod autem sequitur μεταποιεῖν, mirum est eum de diis dixisse: quia ipsi artifices non debent dici deos μεταποιεῖν, siue μεταμορφοῦν, sed aurum, aut argentum, aut æs, aliámve materiam, vel potius vasa, seu rem aliam ex materia illa factam μεταποιεῖν, quum ex ea deos faciunt, siue illam in deos μορφοποιοῦσι: quo paulo ante vocabulo vsus est. Verba autem eius hoc in loco ista sunt, ὢ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους, θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθε, (sed λέγεσθαι scribendū esse, iam monui) καὶ μεταποιεῖν· καὶ τῶν ἱερῶν ἔνθα ἀνατίθενται φύλακας τοιούτους καθιστάναι· μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας. Sed aureis tantùm & argenteis diis custodes apponi solitos, idque interdiu, at noctu includi, sequente huius libelli pagina scribit.

¶Pag. 2. V. πάντα] Hìc non ἐκ σιδήρου (quum iam σίδηρον, id est ferrum, inter illa quæ artifices pro materia habent, enumerauerit) sed ὑπὸ σιδήρου dicit: ferrum vocans instrumenta ferrea, quæ ignis operam requirunt: idcóque addit ἐκ πυρός.

Ver. αὐτῶν] Scripturā huius loci, οὐ πρὶν ἢ τῆς τέχναις, &c. non posse ferri, attentus lector mecum fatebitur: videat ergo an ferenda sit mea emendatio, qua præpono voculam καὶ illi οὐ, & ἕκαστος muto in ἕκαστον: necnon ex εἶναι facio εἴδει, & subiūgo ὡς καὶ νῦν; vt totus ita locus scribatur, καὶ οὐ, πρὶν ἢ τῆς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἣν ἕκαστον αὐτῶν ἑκάστῳ εἴδει ὡς καὶ νῦν μεταμεμορφωμένον; Sed libentius etiam μεμορφωμένον legerem: vt ita redderetur hic locus, *ac minimè illorum* metallorum *vnicuique vnaquaeque forma, sicut & nunc, erat*? Nam si dicatur fuisse

g. i.

μεταμεμορφωμένον, superuacaneum sit, hoc quoque dicere, non fuisse tale πρὶν ἢ τῆς τέχναις εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι. Non dubium est autem quin ἕκαστον de vno quoque illorum quę recensuit metallorum intelligi debeat: quibus & τὸ ὄστρακον addendum est, cuius itidem fecit mentionem. Sed negotium lectori possit facessere & repetitio illa pronominis τούτων: quæ tamen me non offendit, quòd priore quidem loco, τούτων τῶν τεχνιτῶν, at posteriore, τούτων τῶν θεῶν, posse aptè intelligi existimem.

V. ὅμοια) Non dubito quin ὅμοια τούτοις, non ὅμοια τοιούτοις, scribendum sit. Atque hanc lectionem in mea interpretatione sequutus sum, *Nónne quæ nunc eadem è materia sunt vasa, similia reddi possint, si eosdem artifices nanciscantur?* Cæterùm minimè omittẽdus est hic ille eiusdem scriptoris locus, cuius antea mentionem feci: ex Apologia posteriore, pag. 137, de illis deorum (id est, simulacrorum deorum) artificibus, καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν, διὰ τέχνης, τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες, θεοὺς ἐπονομάζουσιν. Seu ego hîc vel ἀνθρώπους vel ἀνθρώπων εἰκόνας ante vel post μορφοποιήσαντες positum ab eo fuisse arbitror: cum qua adiectione locum hunc ita verto, *ac sæpenumero è vilibus ac nullius pretij vasis, postquam arte sua formam solùm mutauerunt, & hominum figuras repræsentarunt, deos nominant.* Est autem obseruandum, idem nomen quod hîc deest, alio in loco non deesse quidem, sed mendosè scriptum esse. Nam (vt antea monui) pag. 137, vbi eadem de re verba facit, mendosè scriptum habemus ἀνθρωποι pro ἀνθρώπους, meo quidem iudicio. Vide suprà quandam ex meis in paginam primam annotationibus: eã videlicet quæ est in versum illius vigesimum.

V. τοῦτο θεοὺς] Puto pronomen αὐτοῖς hanc lacunulam aptè completurum esse: & alludi ad imprecationem Psalmographi.

Ver. νῦν θεούς.] Pro νῦν fortasse scribendum sit εἶναι. quorsum enim *qui nunc existimatis*, diceret? Nisi fortè ita loquitur tanquam de iis quos aliquãdo sententiam mutaturos, & ad veri dei cognitionem venturos, spes nulla non sit. Cæterùm particulam γὰρ non potuisse me aptius interpretari existimo quàm vocula illa *Atqui*.

V. λάρνας] De his custodibus dictum iam fuit à Iustino in fine pag. primæ, & à me ibi alius huius scriptoris hac ipsa de re locus allatus fuit. Cæterùm & Dionysii factum ab eo commemorari potuisset, tanquam exemplum non modò cõtemptus deorum, sed etiam

ſed etiam irriſionis atque adeo iniuriæ illis factæ: (nam tria iſta ab eo hîc ponuntur, non tantùm dicente καταφρονεῖτε, ſed addente χλευάζετε καὶ ὑβρίζετε) quum inuitis cuſtodibus (ſi qui tamen cuſtodes adhibiti erant) Ioui Olympio amiculum aureū detraxit, & laneū pallium huius loco ei iniecit: & quum AEſculapio Epidaurio barbam auream ademit.

V. προσφ.] Verbo κολάζειν, itidémque nomine κόλασις, vti liberius videtur Iuſtinus: vt κολάζειν ſit pro λυπεῖν, id eſt *moleſtia afficere*. Niſi quis malit hîc κολάζετε interpretari, *malo afficitis*: & paulo pòſt, ταύτης τῆς κολάσεως ἀνέξεται, *hoc malum patietur*.

V. ἀναισθητεῖσιν] Huius rei (videlicet τοῦ ἀναισθητεῖν) eos ἐλέγχοντες, id eſt, *conuincentes*.

V. ταῦθ' ὑμῶν] Si eſſet ὑπομεῖναι & ἀνέχοιτο, dicerentur hæc ἐρωτηματικῶς: magíſque placeret mihi hæc lectio: ideóque eam in interpretando hoc loco mihi propoſui.

V. ἀναισθητεῖ γάρ] Scripſerat fortaſſe, τὴν αἴσθησιν οὐκ ἔχειν ἐλέγχετε. Alioqui non αἴσθησιν ſed ἀναισθησίαν dicendum fuiſſet.

Ver. μὴ οὖν] Hæc verba, μὴ δεδουλῶσθαι Χριστιανοὺς τοιούτοις θεοῖς, verti, *quòd Chriſtiani dijs huiuſmodi in ſeruitutem addicti non ſunt*: quum aliud ſonet, μὴ δεδουλῶσθαι, aliud μὴ δουλεύειν: licet hoc ex illo ſequatur. Sed qui dicuntur deo vero δουλεύειν, ſiue λατρεύειν, non tamen & δεδουλῶσθαι illi dici ſolent. Videtur itaque ita loquutus eſſe Iuſtinus, vt hanc ſeruitutē qua falſis diis ſeruitur, tanquam coactam & per improba dæmonum commenta extortam, ab altera diſtingueret. Magis autem placuit interpretari, *In ſeruitutem addicti non ſunt*, quàm *In ſeruitutem redacti*: quod de iis dici ſolet qui bello ſubiugati fuerūt.

Cæterùm quod ad δουλεύειν attinet, obſeruandum eſt, quum dicantur δουλεύειν vel λατρεύειν vero deo Chriſtiani, Iuſtinum non itidem dicere voluiſſe ipſos cæſari δουλεύειν, (nedum προσκυνεῖν) ſed tantùm ὑπηρετεῖν, in hoc quem citaui antè loco, ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. Id eſt, *Vnde ſolum quidem deum adoramus, veſtri autem ad res alias miniſtri libenter ſumus*. Et quum dicit πρὸς τὰ ἄλλα, id eſt *ad res alias*, videtur intelligere, quæ ad προσκύνησιν non pertinēt: ſiue, quæ nullam προσκύνησιν habent. Addit autem, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες, &c. Id eſt, *reges eſſe & imperiū in homines habere confitentes: & optantes* (vel, *deum precantes*) *vt eum regia potentia etiam ſanam mentem habere comperiamini*. Li-

cet enim hæc verba sint audacter loquentis regibus, haud tamē magis propriè reddi posse videntur.

Verùm ad ea quod attinet quæ de verbo ὑπηρετεῖν dixi, iis fortasse quispiam posse opponi existimet hunc eiusdem scriptoris locum, in eadem Apologia, (vbi imperatorem & senatores admonet vt sibi à dæmonibus caueāt) ἀγωνίζονται γὰρ ὑμᾶς ἔχειν δούλους καὶ ὑπηρέτας. Hîc enim aliquis suspicari queat ὑπηρέτας postponi, tanquam ὑπηρέται infra δούλους etiam sint. Sed potius illud ὑπηρέτας huic addere existimandus est, quòd possit quis habere aliquos sibi δεδουλωμένους, & qui eius δοῦλοι dicantur, quorum tamen ὑπηρεσίᾳ, id est ministerio, non vtatur.

Ver. ἐλαττὸν] Deesse puto πλείω ante λέγειν.

Ver. σέβειν] Ante hæc, εἰ δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως, aut aliqua desunt, quibus contineatur redditio: aut est figura quæ vocatur ἀνανταπόδοτον. Sed illud quàm hoc mihi sit verisimilius. Interim & de hoc monendus est mihi lector, videri scribendum εἰ, & addendum vnum dei epithetum, hoc modo, καὶ εἰ θεὸν ἕνα τῶν πάντων κτίστην σέβειν, καὶ δεῖν.

Pag. 3. V. δεομένῳ] Vel ὡς εἰκὸς, vel εἰκότως scriptum fuisse arbitror: & eum esse quem interpretatione mea expressi sensum: legens etiam ἤ pro οὐ. Posse tamen ferri οὐ non negauerim. Cæterùm simile huic dicto est illud in fine huius paginæ, τίς ἂν θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλεῖον ἡγήσεται τὸ δεῖγμα; Vbi ἡγήσεται scribendum est.

Ver. οὐδενός] Idem & in Apologia posteriore à Iustino docetur, ἀλλ' οὐ δεῖσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς προσειλήφαμεν (sed προσειλήφαμεν lego) τὸν θεὸν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶντες. Sic verò & in iis quæ sequuntur, illum dicunt esse ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων. Hoc autem & sacra scriptura docet.

Ver. γεραίρειν] Scribo τῶν εἰς τὰ κ.

Ver. τῶν ἐνδ.] Non dubito quin scribendum sit, τὰ μὴ δυνάμενα, referendo ad τὰ κωφά. Sed nec in mea interpretatione dubitaui hanc lectionem sequi.

Ver. μεταλ.] Post hæc verba, τὸ δὲ δοκεῖν τινὰ περιέχειν τῶν μηδενὸς προσδεομένῳ, nemo non videt aliquid deesse: verùm & alia suspicio de his verbis mihi suboritur, ea esse supposititia, & ex superioribus repetita: nisi iungamus præcedentibus, scribentes, τῷ γε δοκεῖν, &c.

Ver. ἀλλὰ] Habes vocem ψοφοδεὴς Latinè redditam meticu-

losam cautionem: sed aduerbium *valde* illi adiectiuo præfigens, scribe, *valde meticulosam cautionem*. Quòd si ausus fuissem meticulositatem dicere, vertissem, (nihil de meo addens) *magnam meticulositatem*. Magis enim hæc vox mihi hoc in loco placuisset quàm Timiditas. Cæterùm cur iussi fuerint olim Iudæi βρωμάτων τινῶν ἀπέχεσθαι, vide in Colloquio cũ Tryphone habito.

Ver. περὶ τὰ σάββ.] Quamuis δεισιδαιμονίαν hîc circa sabbata tantùm (id est, sabbatorum obseruationem, quam vocarunt σαββατισμὸν) constituat: tamen & circa duo reliqua quæ addit, versari constat. Neque hoc obstare putandum est quòd duabus illis quas subiungit rebus suos itidem titulos tribuat. Cæterùm plerisque aliis in locis Iudæos de his quibus ita gloriabantur reprehendit, nusquam tamen (quod sciam) ea bellis hisce titulis insigniens. Ad circumcisionem quod attinet, quod hîc dicit τὴν τῆς περιτομῆς ἀλαζονείαν (nisi fortè περὶ τῆς περιτομῆς scripsit) non multo post exponit: vbi & τὴν μείωσιν τῆς σαρκὸς appellat. Opponitur autem apud eum τῷ περιτομὴν λαβόντι vel τῷ ἐν περιτομῇ ὄντι, is qui est ἀπερίτμητος, vel ὁ ἐν ἀκροβυστίᾳ ὤν, siue ὁ ἀκρόβυστος. Sed & duæ sunt περιτομαὶ, quarum vnam alteri opponit: τὴν ἀληθινὴν videlicet τῇ σαρκικῇ, siue τῇ κατὰ σάρκα.

Ver. νείαν] Hîc ἱερονείαν dici existimo tanquam de iis qui ludificarentur etiam per simulationem religionis quam in his cõstituerent. Sæpe autem νουμηνίας, non νουμηνίαν, dicit: (ac poterant Iudæi siue ex hoc, siue ex illo, νεμηνιασαὶ appellari) sed tamen pag. 61 dicere maluit τὰ ἔμμηνα φυλάσσειν. vbi præcedunt τὸ σαββατίζειν & τὸ περιτέμνεσθαι. Alibi verò περιτομὴν (& quidem τὴν σαρκικὴν, vel τὴν κατὰ σάρκα, & τὰ σάββατα atque τὰς ἑορτὰς coniungit. Pag. autem 47, post περιτομῆς & σαββατισμοῦ & ἑορτῶν addit etiam προσφορῶν.

V. καὶ οὐδὲν] Vel οὐδενὸς vel οὐδὲ scribendum puto: deinde addendam particulam οὐ ante νομίζω.

V. ἀστε.] In exempl. tãtùm μαρτυρ apparet: sed μαρτύριον (& quidem potius quàm μαρτυρίαν) scriptum fuisse reor.

V. παραιτ.] Vel tolle οὐ, vel lege πῶς οὐκ ἀθέμιτόν ἐστι;

V. πῶς οὐ] In exempl. non χλεύης, sed duæ tantùm primæ literæ χλ apparent: verùm non dubitaui χλεύης scribere: quum & loco huic quadret, & sæpè verbo χλευάζειν vtatur. Scio autem & χλευασμοῦ potuisse dici: sed spatium breuiori tantùm vocabulo relictum erat.

V. λήνη] Vbi habes solã literã μ, scriptũ fuisse μηνῶν arbitror.

V. *οἶκον.*] Ex *κατα* faciendum puto *καταῤῥυθμίζειν*. Potius autem *αὑτῶν* scribendum est, quum sit pro *ἑαυτῶν*.

V. *Τῆς μὲν οἰκ.*] Pro *κοινῆς*, verbum verbo reddẽs, dixi *communi*. Intelligi autem existimo *quam ethnici inter se communem habent*. Quam autem *εὐηθότητα* & *ἀπάτην* hîc vocat, alibi *πλάνην* ab eo dici videbis.

V. *πολυπρ.*] Inter *ἀλαζονείας* & *ὀρθῶς* insero voculam *δὴ*. Obseruandũ autem eum hîc *ἀλαζονείας* Iudæos ita accusare, vt generalem cõstituere eam videatur: at verò paulo antè *ἀλαζονείαν* illis in certa quadã re, seu circa certã quandã rem, (videlicet circuncisionẽ) versantem, obiiciebat. De voce autem *πολυπραγμοσύνη* à me dicetur quadam in paginam sequentem annotatione, vbi itidem *πολυπραγμόνων ἀνθρώπων* habemus.

Pag. 4. v. *του μαθεῖν.*] Vt hîc scribit à cæteris hominibus non esse distinctos *ἔθεσι*, sic etiam paulo post de iis addit, *τοῖς ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες*. Sed quomodo huic conueniat loco cum eo quem initio oratiunculæ ad Græcos habemus, mirari quis possit. Ibi enim se Græcorum *ἔθη* reliquisse dicit, seu ab illis desciuisse, non sine ratione & iudicio. Non aliud autem ad hanc obiectionem respondendũ puto, quàm hîc quidem *ἔθη* minus propriè ad mores illos seu ad consuetudines illas extendisse quæ à Latinis *ritus* dici potius solent: at illic de consuetudinibus agere quæ sunt circa victum & vestitum, & reliqua quæ vita humana requirit (vt paulo post dicit, *τοῖς ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες ἔν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ*) quorum multa ex iis esse quæ *ἀδιάφορα* vocantur, notum est. Sed de hac *ἐθῶν* appellatione lege & quæ à me paulo post in alterum illum locum scribuntur.

Hoc tantùm addo iis quæ iam dixi, illum alicubi *ἀναστροφὴν* & *ἔθη* coniungere: vt pag. 97, *πλὴν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ἀναστροφῆς καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες*. Sed deest hîc fortasse aliquid, & scripserat, *καὶ ὑπὸ φαύλης ἀναστροφῆς, καὶ ἐθῶν φαύλων*. Vel, *ὑπὸ κακῆς ἀναστροφῆς*.

Ver. *βίον παράσ.*] Quum dixisset Christianos nec *γῇ*, id est *regione*, nec *φωνῇ*, id est *sermone*, neque *ἔθεσιν*, à cæteris hominibus distinctos esse: rationem primi reddit, quòd ciuitates sibi proprias non incolunt: secundi, quòd sermone non vtuntur qui ab aliorum sermone sit discrepans: tertii, quòd *βίον παράσημον οὐκ ἀσκοῦσι*. id est, quia *vitæ genus non habent quod re aliqua sibi peculiari sit*

liari sit notabile. Ita enim pluribus verbis illa Græca sum interpretatus, vt apertius loquerer. Alioqui potuissem etiã dicere, *neque vitam re aliqua notabilem exercent*. vel, *vitam aliqua nota insignem*. Perinde est autem acsi dixisset, βίον ἔχοντι διακεκριμένον τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. sicut modò dixit eos non esse ἔθεσι διακεκριμένους τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων.

In eodem versu habes φροντίδι, quod curam hîc siue solicitudinem non sonat, sed commentationem siue cogitationem: quã significationem sequuntur apud Aristophanem φροντιστὴς & φροντιστήριον. Quòd si hanc vocem ita interpretemur, ἐπίνοιαν reddere *solertiam* licebit. Vtitur autem hoc vocabulo & postea, de re eadem loquens: vt videbis in sequente annotatione.

V. λυπε.] Scribendũ dico, μάθημά ἐστι τοῦτ' αὐτοῖς ἐστὶν εὑρημένον. De posteriore quidem certè emendatione, qua εὑρημένον substituo pro εἰρημένον, dubitare nos non sinit hic ipsius scriptoris locus, pag. proximè sequẽte, οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην, εὕρημα τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη. Quod enim se iam dixisse scribit, in quo alio loco quàm hoc reperietur? Subiũgit autem ibi quoque ἐπίνοιαν, scribens, οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς.

Sed quinam sunt homines isti quos πολυπράγμονας appellat? vel potius, quales sunt? Latinè aliter quàm *curiosos* posse nos interpretari haud puto: nam (quod Auli Gellii aut Agellii pace dixisse liceat) πολυπραγμοσύνη nullo videtur vocabulo reddi aptius posse, quàm si curiositatẽ quis dicat. Verùm illa curiositas quam reprehendebat Iustinus in Iudæis, quum diceret καὶ τῆς Ἰουδαίων πολυπραγμοσύνης, & quam hîc carpit in iis quos appellat πολυπράγμονας, circa ea non versatur circa quæ illa quã Plutarchus describit: sed de quodam nouitatis studio dicitur in iis quæ ad religionem pertinent. Ac de isto quidem præsertim loco dici hoc posse videtur: Iudæos autem quum eius accusat, respicit fortasse ad curiosum illorum studiũ varia ad dei cultum (qualem sibi fingebant) pertinentia coaceruandi.

V. κληρωθῇ] Nullum habere hîc locum potest præpositio ἐν. Neque verò vllus huic cõiecturæ locus relinquitur, vt putemus scriptum fuisse, ὡς ἕκαστος ἐκληρώθημεν, τοῖς ἐγχ. &c. (quum alioqui dici queat, facilem lapsum ex ἐκληρώθημεν in ἐκληρώθη ἐν futurum fuisse, ob literam μ, iam fortasse ὀξίτηλον) quoniam non primam personam, vt in aliis plerisque eius locis, sed tertiam habemus tam in sequentibus quàm in præcedentibus. Vt tamen

minus mirer hanc particulam in locum irrepsisse, vbi nihil habebat quod ageret, faciunt alii duo (fortasse autem plures inuenientur) apud eundem scriptorem: quorum vnus est in Colloquio habito cum Tryphone, pag. 61, οἱ δὲ ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ ζώουσιν. Nullo enim tolerari modo hîc præpositio ἐν potest: contrà autem hac expuncta & elegantissimum & vsitatissimum loquendi genus habebimus. Cæterùm ostendit hic locus (vt paulo antè monui) quænam sint ἔθη de quibus loquitur. Ac, quum addit καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ, non dubito quin ad ea respiciat ἔθη quibus humanæ vitæ societas conseruatur, & in quibus τὰς φυσικὰς ἐννοίας quoduis hominum genus sequi moris habet: quas & κοινὰς ἐννοίας alii vocarunt. Atque ad has pertinentia quædam disserũtur & ab Apostolo in epistola ad Romanos. Non abs re autem Iustinum istud de Christianis profiteri, ostendit vel quidam Dialogi cum Tryphone locus: vbi hic Iudæus istud ipsum de Christianis, ceu suam quandam & suorum ἀπορίαν, proponit: pag. 38, κατ' οὐδὲν αὐτῶν (videlicet τῶν ἄλλων) ἀπολείπεσθε, οὐδὲ διαλλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον. Nam perinde est acsi τὰ ὑμέτερα ἔθη dixisset.

Ver. δόξον] Hîc velut per periphrasin τὴν κατάστασιν τῆς πολιτείας vocat quod alibi πολιτείαν. Cui dat vocabulo eũdem vsum & in Apol. poster. pro Christianis, πάλιν εἰ μηδὲν διά τι τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος καὶ διὰ τὴν πολιτείαν δ' ἐλεγχόμεθα ἀδικοῦντες. Atque hunc nominis πολιτεία vsum sequitur & verbum πολιτεύεσθαι, apud eundem. Dicere autem possumus, illum sequi hoc in vsu apostolum Paulum (vt hic scriptor istud præ quouis alio ex Græcis scriptoribus Christianis familiare habere mihi videtur, vocabulis Testamenti noui vti) qui ad Philipp. cap. primo scribit, μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε. Audimus verò & apud Lucam, protomartyrem dicentem, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ θεῷ. Vbi fortasse (quemadmodum in Thesauro meo dixi) possit reddi, *Vitam institui*. Habet aũtem verbũ istud Latinũ hanc commoditatẽ, quòd vt vita bene instituta dicitur, ita etiã ciuitas vel respubl. bene instituta. quum alioqui proprium quidem hîc vsum habeat Græcũ verbum, at illic improprium. In hoc certè Gennadii loco, qui ibidem affertur, καὶ ἐπολιτεύετο ἕκαστος κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, οὐ κατὰ τὸν θεοῦ νόμον, itidem redditum iri puto commodè, Vitam suam instituebat. Vt porro dicitur πολιτεύεσθαι κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ νόμον, aut breuius κατὰ τὸν θεόν,

seu κατὰ

seu κατὰ θεόν: ita & ἡ κατὰ θεὸν πολιτεία, necnon, ἡ κατὰ Χριστόν. Quinetiam ἡ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτεία dicitur: quod tale est quale illud, ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε. Verùm de illo πολιτεύονται quid dicendum, quod paruo interuallo sequitur? vbi de Christianis scribit, ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. Crediderim reddi posse, *sed in cælo negotiantur:* vt πολιτεύεσθαι quod propriè est Negotia ciuitatis seu reipublicæ administrare, ad alia etiam negotia extẽdatur. Nec verò sum nescius, verbum Negotiari de mercatoribus plerunque dici, sed posse de iis etiam dici aio qui alia quàm ad mercaturam pertinentia negotia tractant. Ideóque nec verbali *negotiatio* vtens dubitarim dicere, *sed in cælo suam negotiationem habent.* vel, *exercent.*

V. τρίδας] Obseruandum est, ἐποίκους ab eo vocari qui à Latinis *inquilini* & *incolæ* dicuntur: quum potius μέτοικοι soleant appellari. Eodémque modo (ne quis illud παροικοῦσι suspectũ habeat) παροικοῦσι de iisdem dictum pag. quæ hanc excipit, καὶ Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς.

V. πολῖται] *Omnis peregrina regio* (subauditur enim χώρα vel γῆ) *patria est eorum.* Nam si *Omne solum forti patria est,* quanto magis Christiano? Quum autem additur, *Omnis* vicissim *patria, est peregrina regio.* (id est, tanquam peregrina regio) respicere videtur ad id quod præcessit, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι.

V. νοῦσιν] *Sed non abiiciunt fœtus.* Itidem in Apologia poster. pro Christianis, pag. 145, his verbis, ὑμεῖς δὲ, ἵνα μηδένα διώκωμεν (verùm μηδὲν ἀδικῶμεν, scribendum esse contendo, præsertim quum & alibi τῷ ἀδικῶ ἀσεβεῖς subiungat: & quidem in fine eiusdem paginę hęc copulet, sed ordine inuerso. Dicit enim, ὅπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί) ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα, πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα. Fortasse tamen aliquid hîc deest inter γεννώμενα & πονηρῶν: & scriptum ab eo fuit, ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα παραιτούμεθα, ὅτι πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα. Nisi pro παραιτούμεθα, alio vsus verbo erat. Illud tamen similibus locis aliquãdo & ipse adhibet: atque adeo in fine huius pag. dicit, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι. Reddit autem rationem, vel potius rationes, ob quas rem hanc, videlicet τὸ ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα, esse talem iudicarent. quarum vna est, μὴ τῶν ἐκτεθέντων τις μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ, καὶ ὦμεν ἀνδροφόνοι. Neque verò dubium est quin hoc sæpe contingeret, vt morerentur (& quidem non multo post) οἱ ἐκτεθέντες: ideóque ita exponere (nam hoc respondet Græco ἐκτιθέναι) esset illos pe-

riculo mortis exponere. Vnde, qui hoc faciebant, poterant ἀνδροφόνοι, id est homicidæ, vocari. Nam etiamsi non contingeret eos fœtus qui expositi erant, θανατῶσθαι (vt Iustini verbo vtar) tamen voluntas saltem huic malo assensa erat. Vix igitur inter illa quæ consuetudine apud ethnicos recepta erant, à Iustino vocata ἔθη (vt paulo ante dictum fuit) quidquam est quod mirandum magis, damnandum magis fuerit. Nam hoc repugnat etiam τῇ φυσικῇ ἐννοίᾳ, &, vel brutorum animalium exemplo, contra naturam esse conuincitur, fœtus suos exponere, aut exponendos curare. Quũ itaque dixit Iustinus Christianos ἔθεσιν ab aliis hominibus non differre, sed ea cum ipsis communia habere, & hoc & alia quædam fortasse debuit excipere.

Obseruandum est autem, Iustinum in isto huius oratiunculæ loco, magis odioso verbo vti, dicentẽ, ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα. id est, *non abiiciunt*. Est alioqui magis vsitatum ἐκτιθέναι, quo in illa Apologia vtitur: & Latinè redditur *Exponere*, in qua interpretatione verbum verbo planè respondet. Quod autem à Iustino dicitur ἀναλαμβάνειν, id alii dicunt potius ἀναιρεῖσθαι: quum videlicet quis puerum expositum accipit, vel suscipit.

V. θέντας] Lacunulam quæ hîc est, ἀλλ   κοινὴν, expleo, inserendo voculam οὐ: scribens, ἀλλ' οὐ κοινήν. Puto enim illum voci κοινὴν vsum duplicem dedisse: priore quidem loco, eum quẽ passim habet: posteriore autem, cum qui Testamenti noui scriptis potissimum comprobatur: videlicet pro impuro & polluto. Quo vtitur modo hac voce & hic scriptor alibi: & quidem alicubi κοινὸν & ἀκάθαρτον coniungens, sicut ea in Actis apostol. coniungi videmus, cap. 10. nam post κοινὸν additur ἢ ἀκάθαρτον. Eodémque modo ab hoc dicitur in Colloquio cum Tryphone, pag. 44: οὐ διὰ τὸ εἶναι αὐτὰ κοινὰ ἢ ἀκάθαρτα οὐκ ἐσθίομεν. Sed non immeritò in illo Actorum loco, quem Iustinus hîc imitatus est, particula ἢ tanquam per epexegesin poni censetur: perinde ac si dictum esset, κοινὰ, vel, vt alii vocant, ἀκάθαρτα. Dicet igitur Iustinus, *Mensam communem apponũt, sed eam quidem minimè impuram*. vel, *non pollutam*. Sic autem ἑστίας κοινὰς legimus in Apol. poster. initio paginæ 140, vbi τραπέζας ante καὶ ἑστίας omissum fuisse arbitror. Quum enim aliquod nomen ibi desiderari manifestum sit, haud vllum, meo quidem iudicio, reperiri potest loco magis quadrãs. Hæc enim ibi verba librarius nobis reliquit, οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι, καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ

ἔθη

ἔθη καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι. quum ego ſcribendum eſſe exiſtimem, τραπέζας καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι. Neque enim particula καὶ duo hæc nomina, ἔθη & ἑστίας, poteſt iungere: quũ ad diuerſa pertineant. Nã hæc verba διὰ τὰ ἔθη reſpiciunt ad illa πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους. quia intelligit, Cum illis qui οὐχ ὁμόφυλοι erant, διὰ τὰ ἔθη. Totus igitur ita locus ſcribendus erit, οἱ μισάλληλοι ἢ καὶ ἀλληλοφόνοι, (repetendum autem eſt ἀπὸ κοινοῦ vox πάλαι) καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη, τραπέζας καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι. Sequitur autem quod aptè ad vtrunque, videlicet ad τραπέζας καὶ ἑστίας, referri poteſt vocabulum ὁμοδίαιτοι.

Sed quid intelligemus ſub his verbis ἀλλ' οὐ κοινὴν, in illo orationculæ iſtius loco? Ego ad idolothyta potiſſimũ reſpici exiſtimo: circa quæ quam ſeruare cautionem oporteret, docuit apoſtolus Paulus: tanquam videlicet menſa alioqui eſſet κοινὴ futura. At Iudæos poſt ipſius etiam Chriſti aduentum multa in eorum numero poſuiſſe quæ τράπεζαν redderent κοινὴν, ex pleriſque huius ſcriptoris locis diſcimus. Nam & in hac ipſa orationcula, pag. tertia, videmus reprehendi eorum τὸ περὶ τὰς βρώσεις ψοφοδεές, cuius magnæ meticuloſitatis (ſi loqui ita licet) non aliam fuiſſe cauſam conſtat. Meminit huius rei cùm in aliquot aliis locis Colloquii cum Tryphone, tum pag. 44, vbi & illa verba, κοινὰ ἢ ἀκάθαρτα habemus. Qua ex pagina, & quidem è loco ad hunc ſermonem pertinente, mendum ſuſtuleris, ſi pro ὅπερ ἐστὶν ἐκελμῶσθαι ſcripſeris ὅπερ ἐστὶ νενεκρωμένον.

Ver. ζῶσιν.] De hoc πολιτεύονται vide quæ paulo ante à me dicta fuerunt, quum & de vſu vocis πολιτεία diſſererem.

Ver. νικῶσι] An vitæ Chriſtianorum qui tum temporis erant, ideo dicuntur ipſas etiam leges ſuperaſſe, quòd non ſolùm ea quæ iubebant leges, ſed maiora etiam præſtarent? Nam ſi quis velit hoc ideo dici, quòd tanta eſſet illis vitæ integritas vt legum frænis opus non haberẽt, hoc certè non videtur eſſe leges vincere. Vt omittam, dictum iam eſſe, *Obſequuntur legibus*. Hîc autem recordor cuiuſdam loci in Apol. poſteriore ſcripti, vbi & alius de legibus dicit, de Chriſtianis itidem loquens, ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, ταῦτα ὁ λόγος θεῖος ὢν εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατέσκ. &c. Et in fine eiuſdem paginæ, οὐ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶνται λανθάνειν ἀδικοῦντες.

V. ἀγαπ.] Omnes à Chriſtianis amatos, illos contrà omni-

bus odio fuisse, multi non solùm nostri Iustini sed aliorum quoque multorum loci testantur. Sed memorabilis est præ quouis alio quidam huius scriptoris hac de re locus, in titulo Apologiæ posterioris. Ibi enim Christianos haud nominat, sed eorum códitionem describens, dicit, *Pro illis qui ab omni hominum genere iniustè* (siue *immeritò*) *odio habentur, & vexantur.* At illos contrà omne genus hominum amore prosequutos esse, multi eiusdem, sicut & aliorum, docent loci: quinetiã pro iis qui ipsos persequebantur orasse, vt misericordiam à deo consequerentur. Sic certè pag. 158. legimus, *ἀναιρεῖν ἡμᾶς καὶ μισεῖν δύναται ποιῆσαι. οἷς οὐ μόνον οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' ὡς δείκνυται, ἐλεοῦντες, μεταθέσθαι πεῖσαι βουλόμεθα.*

Eodem in versu, *ἀγνοοῦνται, καὶ καταχρ.* Intelligere puto, ignorari qualis sit illorum religio, & tamen condemnari quòd eam profiteantur. Atque hoc conueniet cum eo quod de apud ipsos etiam imperatores conqueritur, illos condemnari, *ἀνεξετάστως*, atque, vt alicubi loquitur, *ἀκρίτως*: & pro iusta condemnationis causa haberi, quòd Christiani vocantur.

Ver. *καταχρ.*] Πτωχεύουσι, καὶ πλ. &c. *Sunt mendici, & tamen multos ditant.* Quoniã vt illa vidua paupercula & ferè *πτωχεύουσα* inuenit tamen quod in gazophylacium immitteret, & quidem quod, licet paruum, pro magno haberetur, ex propensa eius voluntate æstimatum: ita illi vel illa paucula quæ habebant, *εἰς κοινὸν ἔφερον* (vt ipsius Iustini verbis vtar, in extrema pagina 139) *παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες.*

Ver. *χαίρ.*] Iudæos magno prosequutos esse odio Christianos, testatur hic scriptor locis aliquot. Ex quibus est quidam pag. 42, vbi dicit in synagogis execrari solitos & diris deuouere eos qui in Christum crederent. Quibus adde quæ in suo cum Tryphone colloquio scribit, quæ & ab Eusebio circa finem eorum quæ de vita ipsius scribit, afferũtur. Adde & illa quæ de quodam Barchocheba scribit, pag. 146, quem Iudæorum *ἀποστάσεως ἀρχηγέτην* vocat. Vt autem hîc ait, *ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται*, ita in Apol. posteriore dicit de iisdem, (sed antequam ad Christianismum venissent) *καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους τραπέζας* (vt esse ibi legendum dico) *καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι.*

¶Pag. 5. Ver. *κόσμου*] Hæc verba, *ἀόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὁρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι* verti, *Inuisibilis anima in visibili corpore, tãquam in præsidio: constituta est.* siue, *collocata est.* Visus sum autem præsidii

dii appellatione, Ciceronem sequens, in Catone maiore, *Vetátque Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de præsidio & statione vitæ decedere.* Verùm & *custodia* apud eum eadem de re loquẽtem legitur, in Scipionis somnio, *Quare & tibi Publi & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum assignatum à deo defugisse videamini.* Iustinum autem si dicamus in verbo φρουρεῖται ad carcerem (qui & appellatione illa custodiæ interdum significatur) respexisse, pro nobis faciet quod paulo pòst dicit, ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι. Necnon faciet istud quod subiũgitur, κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ. Sequi enim oportere verbũ φρουρεῖται quam habet hîc significationem nomen φρουρά, dixerit quispiam. At pro carcere poni, videtur ostẽdere & verbum κατέχονται. Verùm & ex Cicerone verbũ φρουρεῖται liceat (vt opinor) ita interpretari. nam Tusc. quæst. libro primo, postquam dixit, *Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare:* paucis de viro sapiente insertis, addit, *Nec tamẽ ille vincula carceris ruperit.* In qua potissimum adiectione videri potest ad Platonis locum alludere, scribentis, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι· καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ᾽ ἀποδιδράσκειν. Sed alio tamen in loco, tanquam mollire volens hanc carceris appellationem, velut nimis duram, dicit, (sed in alius persona, sicut & in præcedẽtibus, loquẽs) *Immo vero ij viuunt qui ex corporum vinclis, tanquam è carcere, euolauerunt.* Ideo autem huius quoque loci Platonici mentionem feci, in quo voce illa φρουρά vtitur, quòd fiat mihi verisimile, Iustinum, qui olim Platone, præ cæteris philosophis, delectatus fuerat, eius vocabulo vti voluisse. Vtinam verò & Senecæ (vt istud obiter dicam) hic saltẽ Platonis locus placuisset, & ex eo, contraria iis quæ sentiebat, sentire didicisset.

V. Χρις.] Pro μένοντες scribendum puto μὲν ὄντες, quum sequatur particula δὲ illi μὲν respondens.

V. καὶ τὸ μ.] A Christianis amatos fuisse & eos quibus odio erant, paulo etiam antè dictum fuit. Sic & pag. 140 huius scriptoris dicuntur pro suis inimicis deum soliti precari.

Ver. καὶ κατ.] De φρουρᾶς appellatione vide quæ paulo antè dicta fuerunt, in mentione verbi φρουρεῖσθαι.

Ver. Χρις.] De hoc παροικοῦσι dictum antea fuit in mentione nominis πάροικος. Obserua autem de anima dixisse non itidem

h. iii.

παροικεῖ, ſed κατοικεῖ. Sed tamen non video quid obſtet quominus & anima ſiue animus in mortali tabernaculo παροικεῖν dicatur, potius quàm κατοικεῖν: quum & apud Ciceronem Tuſcul. quæſt. libro legamus primo, *Qualis animus in corpore ſit, tãquam aliena domi.* Quo ex loco aliquis fortaſſe illud σκηνώματι malit interpretari *domo*: ego tamen, ſi ab illa tabernaculi appellatione diſcedendum ſit, malim *habitaculum*, quòd ſit vox generalior, dicere. Scio alioqui & receptaculum animi ab eo dici corpus, necnon vas: ſed præfixa particula Quaſi: Tuſcul. 1, *Corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum.*

Ibidem, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν. Subaudi γενησομένην, *futuram.*

V. προσδεχ.] Hæc verba, κακουργουμένη σιτίοις καὶ ποτ. ἡ ψ. βελτιοῦται, verti, *Anima dum cibo & potu malè tractatur, fit melior.* vel *fit præſtantior.* quum alioqui videri queat dicendum fuiſſe, *Dum malo afficitur anima per cibum & potum.* Sed malum de quo hîc loquitur, nõ aliud eſſe quàm malam tractationem puto. Atenim quomodo de anima dicitur quod de corpore dici, & meritò quidem, conſueuit? Reſpondebit tibi vnum ex meis Schediaſmatis: in quo loci cuiuſdam Teſtamenti noui mentionem facio, ſimúlque cuiuſdam Xenophontei, qui quod durum hîc videri poteſt, ſunt molliturі. Cæterùm conuenit cum eo quod hîc de anima dicitur, illud Heracliti dictum, ἔνθα γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη. Huic autem dicto reſpondet ille ſenarius,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Id eſt,

A ventre obeſo tenuis haud mens gignitur.

Ver. ταῦ καὶ Χρις.] Si velimus verbo πλεονάζουσι ſignificationem ſuam, id eſt vſitatiſſimam & etymo reſpondentem, relinquere, non video quo potius debeat modo locus hic reddi: alioqui, ſi πλεονάζουσι non de iis intelligere velimus quos Chriſtianorum mala inuitant ad Chriſtianiſmum, nedum ab eo deterrent, ſed de iis ipſis Chriſtianis qui malis illis afficiuntur, (quamuis vtatur verbo quod propriè dicitur de iis qui afficiuntur ſupplicio) neceſſe fuerit verbo πλεονάζουσι ſignificatiõe dare quæ aliquid nouitatis habere, haud immeritò dicetur. Significabit enim (meo quidem iudicio) *proficiunt*, aut tale quid.

V. οὐδὲ αἰθρ.] Si Græcam vocẽ *œconomiam* retinere non libeat, quamuis Latinis haud inuſitatam, poſſis *diſpenſationem* aut *admini-*

ministrationem dicere.

V. αἰτήσασθαι] Sic in præcedent. dixit, οὐ μὴν ἐπίνοιά τινι καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων μάθημά τι τοῦτ' αὐτοῖς ἐστὶν εὑρημένον. vbi male εἰρημένον scribi, antea monui.

V. ἁγνῶν] In exemplari vix aliud quàm prima nominis ἁγίων litera apparet.

V. ϑάπερ] Vt hîc dicit οὐ καθάπερ ἄν τις εἰκάσειεν, ita in extrema pagina, ἆρά γε ὡς ἀνθρώπων ἄν τις λογίσαιτο, &c.

V. στοιχ.] Non dubito quin ἥλιος, vel ὁ ἥλιος omissum à librario fuerit ante εἴληφε vel post φυλάσσειν. Ac certè lunæ mentio quæ statim fit, omnem de sole dubitationem tollere videtur. Ideo in mea interpretatione dixi, *à quo certa diurnorũ cursuum spatia sol accepit custodienda*. presertim quòd viderem, illum, quum φυλάσσει iam dixisset, statim post eodem verbo vti. Sed vereor ne cui vox *custodienda* parum hîc placeat: (etiamsi non minus habere locum possit quàm φυλάσσειν, cui & in prima significatione respondet) ideo & hanc interpretationem addam, *à quo acceptum morem sol custodit certa diurnorum cursuum spatia emetiendi*.

V. πάντης] Alibi quoque & huius διατάξεως & ὑποτάξεως mẽtionem facit: & quidem alicubi simul, vt hîc: alicubi, separatim. vt pag. 38, πάλιν δ' ποιήσαντος καὶ διατάξαντος τόδε τὸ πᾶν. Et pag. 130, ὁ θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας, καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας. Videndum igitur in eo de quo agitur loco, annon sicut ᾧ accipitur pro δι' οὗ, vbi dicitur ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώρισται, ita & cum tertio illo verbo ὑποτέτακται accipiatur: intelligendo, δι' οὗ πάντα ὑποτέτακται ἀνθρώποις. Durum enim fuerit, quum eandem voculam tria verba sine vllo interuallo sequantur, eam cum duobus illis alium quàm cum tertio vsum habere.

Ver. τοῦ ἐν] Quamuis verbum ἀπέστειλεν postea mutet in ἔπεμψεν, tanquam synonymum, & hoc aliquoties repetat: tamẽ adeo proprium est illud prius ἀπέστειλεν, vt etiam ἀπόστολος inde vocatus sit Christus ab ipsomet Iustino, Apolog. posteriore: sed imitante autorem epistolæ ad Hebræos. Qui autem alioqui significatione Testamento nouo vsitatissima vocati fuerint Apostoli, quicunque ignorat, vix Christiani nomen tribuere sibi potest. De his idem Iustinus pag. 155, vbi sermonem suum claudit his verbis, καὶ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν.

¶ Pag. 6. ver. 6ῳ] Scribo ἐν ἐπιεικείᾳ καὶ πρᾳότητι. vel ita, ἐν ἐ-

ἐπιεικεία, ἐν πρ αὐτῇ.

Ver. διώκων] Malim κρατοῦντα.

Ver. τα, καὶ] Licuisset fortasse παρουσίαν hîc *præsentiam* interpretari: malui tamen *aduentum* dicere, ad alios respiciés eiusdem locos, vbi hæc non illa interpretatio locum habere dici potest. Quorum vnus est hic, pag. 155, δύο γὰρ αὐτοῦ videlicet τοῦ Χριστοῦ, παρουσίας προκεκήρυχαν οἱ προφῆται. μίαν μὲν, τὴν ἤδη γενομένην, &c. Nam quis hîc *duas Christi præsentias*, ac non potius *duos aduentus* dicat? Sic verò & in Colloquio cum Tryphone, pag. 61. de secundo aduentu loquens, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ. Vide & annotationem & in versum huius paginæ vndecimum, vbi iterum vocem istam habes.

V. παραβαλλ.] Quòd hic lacunam habes, id non inde contigit vnde in quibusdam aliis præcedentibus locis: nimirum quòd vocis vnius aut vocum aliquot literæ essent ἐξίτηλοι, ideóque legi voces illæ nó possent: sed eadem erat in exemplari ex quo descriptum fuit meum (id est, illud vnde ipse descripsi) & quidem, testante id librario, his verbis margini adscriptis, Οὕτως ἐν τῷ αὐτογράφῳ δ' εὗρον ἐγκοπὴν, παλαιοτάτου ὄντος. (sed παλαιοτάτῳ ὄντι repono: nec video quónam alio potuisset modo loqui: nisi fortè dixisset, καίπερ αὐτοῦ παλαιοτάτου ὄντος) Itidémque in sequentibus de alia quadam ellipsi admonet, quam pariter ἐγκοπὴν appellat. Non pauca autem hîc desiderari puto, quibus primùm quidem finiebatur sermo præcedens, deinde verò inchoabatur alius de robore quo Christus eo ipso tempore illos qui de ipsius nomine Christiani vocabantur, muniebat. Crediderim igitur, sicut sequitur, οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολ. &c. ita præcessisse, οὐχ ὁρᾷς παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρν. id est, *nónne vides illos obiectos feris, vt abnegẽt Dominũ, & non vinci?* vel potius *obiici feris*.

Ver. ὅσῳ] Vide annotationem in illũ paginæ quintæ locum, (qui huic affinis est) καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν, πλεονάζουσι μᾶλλον.

V. ἀνθρ.] Hanc sequens scripturam, verti, *Hæc non videntur ab homine fieri*: sed quis tamẽ Iustinũ putet de re tã nota & certa pronũtiare, eámque affirmare non ausum esse? Eum igitur scripsisse arbitror, ἀνθρώπου (vel ἀνθρώπων) δοκεῖ τὰ ἔργα; ταῦτα δυνάμεις ἐστὶ θεοῦ. Id est, *Itáne videntur hæc ab homine* (vel, *ab hominibus*) *fieri? immo verò sunt dei potentia*. Sed aliquem nõ animaduertentem debere hæc per interrogationem legi, ideóque haud sibi

sibi persuadētem ita scripsisse Iustinum, credibile est particulam istam οὐ margini adscripsisse, tanquam huic loco inserendam. Obseruaui quidē certè & alios locos ex non animaduersa in iis hac ipsa re deprauatos.

V. τῆς παρ.] Hîc quoque aliquis παρουσίας aptè redditū iri putet *præsentiæ:* sed vel hæc quę sequuntur, πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν, *aduentus* reddi debere ostendunt.

V. ἐκείνων] Non dubium est quin ἀξιοπίστων cum ironia dicat: quā mea interpretatione declaraui. Nam in Oratione hortatoria ad Græcos quum inter philosophos nominet duos quibus primę partes tribuebantur, Platonem & Aristotelem, tamen ne hos quidem tāquam ἀξιοπίστους nobis proponit: vt videre est pagina illius orationis quarta. Tantum abest vt de tam multis philosophis dicturus hoc fuerit: quos pagina quinta non inter se tantùm sed ipsosmet secum discordes esse tradit. Vocat autem ibi non φιλοσόφους, sed σοφοὺς (licet de iisdem loquens) sic tamen vt non simpliciter dicat σοφοὺς, verùm τοὺς παρ' ὑμῖν νομισθέντας σοφούς. sicut etiam pag. 132 legimus, τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων φιλοσόφων. Quomodo verò de philosophis (quos & ibi sub σοφῶν appellatione intelligit) id perhiberet, perinde loquens acsi omnes cōprehenderet, quum nōnullos eo nomine prorsus fuisse indignos, haud vno in loco, clamet? quum nonnullos etiam ἀθεότητα docuisse scribat? Vide & annotationem proximè sequentem.

Ver. πῦρ] Aliud deesse hîc non puto quàm τινές. quum scripsisset, ὧν οἱ μὲν τινες πῦρ ἔφασαν, &c. Cæterùm in Parænet. ad Græcos oratione, philosophorum sententias recensens itidem, non dicit hunc quidem dixisse deum esse ignem: illum verò, deum, esse aquam: alium, deum esse aerem: alium, aliud quiddam: sed à quodam eorum dictum esse, ignem principium esse omnium: (hūc autem fuisse Heraclitum Metapōtinum) at Thalem Milesium id de aqua dixisse: alium deníque, aerem, alium aliud originem & principium omnium censuisse. Ac enumeratis multorum sententiis, rogat Græcos vt considerent ἀπαξίαν eorum qui apud eos σοφοὶ existimati sunt, & quos suæ θεοσεβείας doctores fuisse aiunt. Quamuis autem σοφοὺς quibusdam in locis dicere videatur quos alibi φιλοσόφους, tamen in vno Paræn. orationis loco tanquam distinguens eos, dicit, τοὺς σοφοὺς πάντως δήπου καὶ φιλοσόφους λέξετε. Vbi malè interrogationis nota posita est.

Ibidem,(οὐ μέλλ. Verba hæc notis parēthesis inclusi, ne lectori negotium facesserent. *id* (inquit) *ad quod profecturi sunt ipsi, deum vocantes.* Quid verò istud est, ad quod profecturos esse ait? Illud ipsum quod πῦρ appellauit, Latini verò ignem nominant. Sed quorsum hanc parenthesin inseruit? Non miraberis si idem tibi persuaseris quod ipse persuasum habeo: nullum esse scriptorem vel Græcum vel Latinum qui sæpius πυρὸς αἰωνίου, id est ignis æterni, supplicium improbis denuntiet. Nam, vt ab hac oratiuncula incipiam, legimus pagina eius octaua, ὅταν τὸν ὄντως θάνατον φοβηθῇς, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον· ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει. Et in prioris Apologiæ principio habemus, τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι. Et in posteriore, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην. (ac paulo post eadem de re loquens, vocat κολασήρια) In eadem, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον τίσειν διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας. Quinetiam αἴσθησιν αἰωνίαν, de hoc igni loquens, dicit, in eadem, ὅτι καὶ τὰ σώματα ἀνεγερεῖ, πάντων τῶν γενομένων ἀνθρώπων· καὶ τῶν μὲν ἀξίων ἐνδύσῃ ἀφθαρσίαν, τῶν δ' ἀδίκων, ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ, μετὰ τῶν φαύλων δαιμόνων, εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. Vbi post ἀξίων repetere ἀπὸ κοινοῦ oportet τὰ σώματα, & ἐνδύσει scribere. Neque verò dubitat ipsi etiam imperatori ac senatui Romano (in posteriore quā ad illos scribit Apologia) easdem ignis æterni pœnas denuntiare, pag.153. (vbi pro πᾶσι τοῖς ἀδίκως ἐχθραίνουσι repono τοῖς ἀδίκως ἡμῖν ἐχθραίνουσι) & pag.142. Quinetiam malos dæmones manere idem supplicium, locis aliquot docet: ex quibus est qui modò allatus fuit. Sed illi adde & quendam, ex pagina 131, & aliū ex pag. 145. Estque & in his & aliis obseruandum locis, ab eo alicubi quidem φαύλους δαίμονας, alicubi contrà δαίμονας sine adiectione dici: sicut & postea ostendam.

Quinetiam respondet philosophis, (pag. 132) qui quod à Christianis dicebatur, improbos igni æterno punitum iri, esse κόμπον & φόβητρα dicebant. Neque verò ex Euangelio tantùm affert impiis hanc istius horrendi supplicii denūtiationem, sed ex prophetis etiam, pag. 131, & 155 & 156.

Et verò, vt multis locis has in impios minas inculcat, ita vicissim de felicitate piis promissa mentionem facit, non solùm vbi Euāgelii verba affert, verùm & aliis aliquot locis: vt videbis cùm alibi, tum pag. 129 & 138. Sed & pag. 61, ὅταν οἱ μὲν εἰς κρίσιν καὶ

καταδίκην

κατεδίκην τῶ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πέμφθῶσιν, οἱ δὲ ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ σωῶσιν. Vbi particulam ἐν redundare, antea monui.

Verùm ad ignem illum vt reuertar, quis, quum eius mentionem toties ab hoc scriptore inculcari videat, mihi non assentiatur de referendis ad eum illis quæ parenthesi inclusi verbis? de quibus in huius annotationis principio dictum fuit.

V. κλισμ.] Poteſt ἀποδεκτὸς λόγος reddi etiam Dictum dignū quod admittatur, seu recipiatur. Eſtque minus vſitatum iſtud verbale: quo tamen & alibi vtitur: vt in Apologia poſteriore, ei opponens μεμπτέος. quamuis ἀποδεκτέος, vt μεμπτέος: vel μεμπτὸς, vt ἀποδεκτὸς, fuiſſe ſcribendū videri poſſit. Sed ad alterum quid attinet qui nobis propoſitus eſt locum, obſeruandum eſt præceſſiſſe, ἢ τοῖς ἐκείνων λόγοις ἀποδέχῃ: & aptè huic verbo ſubiunxiſſe eius verbale, quum eadem de re loqueretur. Ac quoniā ἀποδέχῃ verteram *approbas*, placuit ἀποδεκτὸς itidem *approbatione dignum* interpretari.

V. κτὸς ἐστι] Perinde verti acſi ſcriptum eſſet δυνάμεντ' ἂν καὶ τῶν λ. Nec dubito quin ita ſcribendum ſit, & intelligendus nominatiuus οἱ φιλόσοφοι, ex præcedentibus.

V. ἀποφ.] Vocat πλάνην τῶν γοήτων quod vno etiam verbo γοητεία dicitur.

V. ὁ ποιήσας] Obſerua, Iuſtinum poſt ὁ ποιήσας addere καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας: ſicut in Colloquio cum Tryphone ſcribit, πλὴν τῶ ποιήσαντος καὶ διατάξαντος τόδε τὸ πᾶν. Nam διατάξας idem omnino quod κατὰ τάξιν διακρίνας. Eodem modo, pagina quæ hanc præcedit, quum iam creationis mentionem feciſſet, paucis interiectis addit, ὧ πάντα διατέτακται.

Verùm & hoc animaduertendum eſt, nolle hîc Iuſtinum in ſermone ſuo Platonizare (quamuis ante Chriſtianiſmum valdè Platonicus fuerit) quum ſicut alibi, ita & hîc de mundi conditore dicit ὁ ποιήσας. Nam Plato non ποιητὴν ſed δημιουργὸν vocauit deum: quòd ποιητὴς ſit qui ſua vi & potentia, nullius rei adminiculo egens, facit id quod facit: at δημιουργῷ materia det poſſe δημιουργεῖν. Cuius Platonicæ (.i. à Platone conſtitutæ) differentiæ ipſe quoque Iuſtinus meminit. Neque verò minus verbo δημιουργεῖν vtitur. vt pag. 138, πάντα δημιουργῆσαι δι' αἰθερόποις. ſicut alibi πάντα ποιῆσαι δι' αἰθερόποις. Quinetiam τεχνίτην & δημιουργὸν τῶν ὅλων pag. præcedente dicentem audimus. Vbi & duobus aliis

cum epithetis ornat, παντοκράτωρ & παντεκτίστης: quorum posterius cum illo δημιουργὸς τῶν ὅλων conuenit: prius autem cum altero eorum quæ habemus hic, videlicet ὁ δεσπότης: cui subiūgitur καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων.

V. θρωπος] Solet quidem φιλάνθρωπος reddi *humanus*, itidémque φιλανθρωπία, *humanitas*: sed nō videtur satis aptè deus vocari humanus: ideo malui *hominum* vel *generis humani amator*, aut *hominum amans*, dicere.

Pro μακρόθυμος autem dixi *patiens*: non ausus dicere *iram differens*: quoniam cum omnino expertem iræ (quæ alioqui ἀνθρωποπαθῶς ei tribuitur) expertem statim post facit, ἀόργητον appellans: sicut & alibi, quum μακροθυμῶν καὶ μὴ ὀργιζόμενος de eo dicit. At verò in sequentibus, pag. videlicet septima, verbo ἐμακροθύμησεν subiungit ἀνείχετο.

Ver. θῶς] Aliquis repetitionem hîc esse suspicitur: at ego suspicer potius illa, καὶ ἀγαθὸς, in proximè præcedente versu, supposititia esse.

V. σεν] Post παιδὶ vereor ne aliqua desint.

V. λεν] E regione horum verborum, ἐπὶ δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπ. &c. margini exemplaris veteris hæc adscripta sunt; ὅτι ἐκρύπτετο τοσούτοις χρόνοις τὸ μυστήριον τῆς ἁ. τριάδος, μέχρι τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ. perinde videlicet acsi hoc ex verbis Iustini posset colligi. Sic autem sæpe Græcis libris veteribus quædā adscripta inueni, tanquam menti autorum assentientia, atque adeo tanquam ex eorum verbis possent colligi, quum tamen ab ea procul abessent. Cæterùm ante τριάδος vbi habes ἁ, quandam exemplar illud notam habet quæ ἁγίας videtur indicare.

V. δεῖν] Alios multos sanaui huius orationculæ locos, sicut & sequentis epistolæ: at hunc ex parte tantùm sanare posse mihi videor: reponendo videlicet particulam ἃ ante τίς αὐ πῶς.

¶ Pag. 7. ver. ικῶ] Hanc vocem οἰκονομικῶς verti, *œconomica sua scientia*: non dubitaturus tamē & *præscientia* aut *prouidentia* pro *scientia* dicere. Est autem hoc aduerbium ex nomine οἰκονομία, quod à theologis interdum deo peculiariter tribuitur (vt in Thesauro meo monui) & quidem ab hoc etiam ipso aliquot locis: quorum vnus est in Colloquio cum Thrypone, pag. 61. At verò οἰκονομίαν humanorū mysteriorū aliter dicit, pag. 5. Quod verò dixerat pag. 3, τῆς οἰκονομίας θεοῦ, id quoque ad illam de qua nunc agitur significationem referendum crediderim: sicut quod

quod ibi ſubiungit, καὶ τὰς τῶν καιρῶν ἀλλαγὰς, de eo quod alibi non vno in loco τὰς ὡρῶν μεταβολὰς vocat, intelligendum.

V. φέρεσθαι] Hæc verba, οὐ πάντως ἐφηδόμενος, haud verti, *non omnino quòd peccatis noſtris gauderet:* ſed ita, *nõ quidem quòd vllo modo peccatis noſtris gauderet:* vt vitarem ambiguitatem.

V. ὁ μισθὸς] Suſpicor deeſſe τῆς ἁμαρτίας: & hanc ſuſpicionẽ in mea interpretatione ſequutus ſum.

V. τὰ] Hîc itidem meam ſuſpicionem ſeu coniecturã in mea interpretatione ſequutus ſum. putaui enim (quòd & nunc puto) ſcriptum fuiſſe, ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης οὐκ ἐμίσησεν. Meam tamen coniecturam de illis præſertim verbis, ὑπὸ τῆς, haud fallacem eſſe perſuaſum habeo.

V. γάπη] Sicut φιλανθρωπία de deo dictum, interpretandum aliter quàm vulgo, antea monui (quæ admonitio & de proximo repeti loco poteſt) ſic etiam ἐμακροθύμησεν ſecus interpretandum fuit.

V. χάκησεν] Suſpectum eſt illud λέγων. Quinetiam iſta verba, τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο, aliquis primo aſpectu de Chriſto dicta exiſtimet, & ſignificari, eum peccata noſtra ſuſcepiſſe, vel, in ſe recepiſſe: (vt dicitur peccata noſtra portaſſe) ſed quum de patre dicantur, de interpretatione verbi ἀνεδέξατο (ſi modò mendoſum non ſit) dubitari poteſt.

Ver. καιον] Superuacaneum quis putet τὸν ἀθάνατον poſt τὸν ἄφθαρτον: ſed eodẽ modo alibi poſt ἀφθαρσίας addit καὶ ἀθανασίας.

V. ταύτην] Dubium eſt vtrum ποθῆς an ποθήσῃς in exemplari legatur.

¶ Pag. 8. Ver. ἐπίγν.] Suſpicatus ſum initio, ſcribendum eſſe ἐπιγνῶσιν πατέρα: ſed potius articulo præfixo τὸν πατέρα dicturus fuiſſe videtur.

Ver. ποίησε] Deeſſe puto γῆ, vel κόσμον. Omnia autem à deo hominibus ὑποτετάχθαι, in aliis etiam locis antea vidimus.

Ver. δωκεν] Idem ab eodem ſcriptore & alibi conſiderandũ proponitur. Sed nec Ouidius hoc prętermittendum cenſuit, initio ſui Metamorphωſεωn operis. Canit enim,

Pronáque quum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælúmque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Animaduerte autem dicere *iuſſit:* quum id quo vtitur Iuſtinus verbum ſignificet potius *permiſit.* Sed in exemplari poſt μόνοις

apparet litera, quæ sitne principium vocis αὐω, an vocis ἀπνὶς, dubito. Magis tamen in illam quàm in hanc coniecturam propendeo.

V. ἰδίας εἰκ.] Hoc à sacris edoctus literis Iustinus scribit & alibi. Nam in Parænet. oratione ad Græcos legimus, τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἄνθρωπον.

V. γνῆ.] Mirum calumniæ exemplum in memoriam mihi reuocant hæc verba, οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγείλατο (id est, *quibus regnum cæleste promisit*. vel, *regnum in cælo futurum*: si & cum his, τὴν ἐν οὐρανῷ, subaudiamus γνησομένην) Solitos enim ethnicos calumniari Christianos, tanquam de suo quodam inter homines regno cogitantes, ex huius ipsius scriptoris Apologia posteriore discimus. Cæterùm pag. huius oratiunculæ quinta τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν προσδεχόμενοι legimus.

Ibidem, καὶ δώσει. Post δώσει ideo interpunxi, quòd intelligendum putem, καὶ οἷς δώσει: vtpote τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν.

Ver. τῇ μιμ.] De imitatione ista, qua homines deum imitari possunt, lege hunc ipsum scriptorem in Apol. poster. pro Christianis. Eius meminerunt ethnicorum etiam scriptorum nonnulli. Vide annot. sequentem.

V. ὢς] Perperam in exemplari, τοῦ & κρείσσω: neque tamen literam ν in fine huius nominis deesse puto, sed esse ἐξίτηλον.

V. πῶν τα] In his verbis, θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων, videri possit alludere ad prouerbiũ, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. id est, *homo homini deus*. Quod ideo dicitur quoniam dum alicui opitulamur, hoc ipso facto deum imitamur. Quod cũ ab aliis quoque ethnicis, tum verò à Strabone dictum est. Ac inter poetas Latinos Ouidius quiddam tale canit.

V. μένοντας] Suspicor ita scriptum à Iustino fuisse, τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης τὸ πῦρ θαυμάσεις καὶ μακαρίσεις ὅταν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐπιγνῷς. Vel potius in illo priore loco nõ fuisse scriptum τὸ πῦρ.

V. οὐ ξένα] Eregione horum verborum adscriptum est margini veteris exemplaris, καὶ ὧδε ἐγκοπὴν εἶχε τὸ ἀντίγραφον. Iungit autẽ ὁμιλεῖν accusatiuo & alibi: vt est pag. seq. ἃ λόγος ὁμιλεῖ.

V. ἐιδ.] Sic in exempl. est interstitiũ inter προσφιλ & εῖ. Quòd si hanc syllabã præcedentibus iunxeris, & προσφιλεῖ feceris, nondum te hoc è loco extricaueris.

¶Pag. 9. Ver. γούμενος] Nõ διηγούμενος, sed ἐκδιηγούμενος scriptum

ptum fuisse puto: ideóque verti *enarrans*. præsertim quũ id confirmari ipsius Euangelii testimonio viderem. Potius autem ἐκδιηγούμενος (licet minus vsitatum) scriptum fuisse puto quàm ἐξηγούμενος, quòd facilior lapsus ex participio ἐκδιηγούμενος fuerit in διηγούμενος, quàm ex altero participio ἐξηγούμενος.

Ver. καὶ] Deesse videtur ἀρχαῖος inter καὶ & φανείς. vt sit antithesis, ὁ καινὸς φανεὶς καὶ ἀρχαῖος εὑρεθείς. Malim autem post νέος deleri interpunctionem: vt intelligatur, γεννώμενος νέος ἐν ἁγίων καρδίαις.

Vereor porro ne totus hic sermo, ad finem vsque, sit suppositítius: & alio sermone clausa fuerit à Iustino hæc oratiuncula, præsertim quum res illi non esset cum Christiano qui εἰς τοιαῦτα τῶν λόγων βάθη penetrare posset: sed contrà cum Diogneto quodam omnis Christianicæ doctrinæ adhuc rudi. Adde quòd quũ præcedentia omnia Iustinum redoleant, si cum cæteris eius scriptis conferantur, & multa etiam cum illis communia habeant, vt hæ meæ annotationes testantur: contrà nullæ tales contemplationes apud eum (quod sciam) inueniantur. Quæ quum ita sint, meis in epistolam hanc annotationibus finem hic imponã. Hoc tãtùm addo, versu abhinc quinto, participiũ δωρουμένη videri & passiuam significationem admittere.

IN IVSTINI MARTYRIS orationem ad Græcos,

ANNOT. HENR. SSTEPHANI.

¶Pag.11.Ver. ΛΌΓΟΣ ΠΡῸΣ ἝΛΛ.] De hoc primùm monendus es, vertisse me πρὸς Ἕλληνας, *ad Græcos:* sed verti etiam posse, *ad gentes*. siue, *ad ethnicos*. (Malim enim τὰ ἔθνη, vel *gentes*, vel *ethnicos*, quàm *gentiles*, reddere.) Idémque dicendum de oratione illa quæ inscripta est Λόγος παραινετικὸς (id est, *oratio hortatoria*) πρὸς Ἕλληνας. Ne quis autem dubitet de duplici illa huius vocabuli interpretatione, sciat, alium esse quendam eius λόγον, dictum ἔλεγχον (is ad nostra tẽpora non peruenit, quod quidem sciam) qui quum scriptus sit itidem πρὸς Ἕλληνας, teste etiam Eusebio, tamẽ de eo ita loquitur Photius acsi Ἑλλήνων nomine ethnici intelligerentur. Dicit enim esse λόγον κατὰ ἐθνῶν συγκείμενον.

Ver. πέρον] Dixi antea, in vna ex annotationibus in paginã quartam, alium hîc quàm illic vsum habere vocem ἔθη, & *ritus* videri satis aptè reddi. Sic autem hac voce vtitur & in posteriore pro Christianis apologia, initio paginæ 139, εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, πράττετε ὃ δύνασθε. Quum tamen dixisset τὰ ἔθη, statim, de re eadem loquens, δόξαν dicit: in his, πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες. Ideo συνήθειαν pagina prima interpretatus sum quidem *consuetudinem*, sed in annotatione admonui ita vocari opinionem cõsuetudine receptam. Quibus addo, perinde esse acsi dixisset τὴν συνήθη δόξαν: & hîc, vbi ἔθη dicit, perinde esse acsi diceret τὴν εἰθισμένην δόξαν. Sed qua de re δόξαν, siue opinionem? nimirum de ritibus ad suam religionem pertinentibus: si modò adiectione ista opus est, & *ritibus* dicere satis non est. Libuit quidem certè ἔθη absque illa adiectione & illic interpretari *ritus*. Quod & de hoc dicendum existimo eiusdem scriptoris loco, in Apologia posteriore, καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι. Nam & hîc ἔθη ritus ad religionem pertinentes significare existimo. Sed ibi scribendum videri, διὰ τὰ ἔθη, τραπέζας καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, antea monui. Cæterùm Christianos scriptores, in iis quæ aduersus ethnicorum religionem scripserunt, & sæpe & acriter in opinionem consuetudine receptam, siue potius in

opiniones

opiniones consuetudine receptas, inuectos esse videmus: & de consuetudine idem dixisse quod apud hunc in illa prima pagina legimus, τὴν ἀπατῶσάν σε συνήθειαν. id est, *consuetudinem quæ te decipit.*

Ver. πῶ] Quis hic est quē dicit apud Græcos doctrina excellere? nónne Homerus? Neque enim dubiū cuiquam esse potest, quin de eo loqui velit qui doctrina inter poetás excellit. Quicūque certè ille sit, non malè φοιτῶν τις vertisse mihi videor, *si quis discendi gratia accedat:* respiciens etiam ad nomen φοιτητὴς, inde profectum, quo discipulus significatur.

Sed cur poetarum tantùm mentionem facit, quasi soli sint ethnicæ theologiæ doctores? In illa quidem hortatoria ad Græcos oratione quæ iam olim fuit excusa, à poetis quidem Homero & Hesiodo, initium sumit: sed ab illis ad philosophos descendit, ad quos, tanquam ad τεῖχος ὀχυρὸν, moris esse illis confugere ait. In fine etiam illius orationis (aut saltem non procul à fine) doctrinam apud eos εὐδοκιμοῦσαν videtur appellare doctrinam philosophorum. Nam de poetica non posse intelligi manifestū est, quum scribat, πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἐν ποιητικοῖς μέτροις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ ἐν τῇ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμούσῃ παιδεύσει. Quum hæc ita sint, cur (inquam) poetarum tantùm mentionem facit? Suspicor integram ad nos non peruenisse hanc orationem: at eam quæ erat integra, post poeticam doctrinam mentionem philosophicæ quoque fecisse.

V. συνθήμ.] Verti hîc ἀκρασίας, *vinolentæ cuiusdam petulantiæ*, quum possem vno esse vocabulo contentus, *libidinis* (quo vsus sum paulo post) & cuperem etiam, meo more, eādem vocem Græcam eadem Latina diuersis in locis reddere: sed veritus sum ne quis hæc verba, *libidinis monumenta*, alium in sensum acciperet.

V. θερόπων] Mirum est quàm fuerit mihi ἀργαλέα huius nominis ἀργαλεώτατος interpretatio: quum Græci sermonis consuetudo postulet vt aliqua res dicatur ἀργαλέα, siue aliquid dicatur ἀργαλέον, non autem quis dicatur ἀργαλέος. In hac igitur difficultate ad hanc ipsam vocem *difficultates* confugi: ita locum hunc reddens, *in plures* (siue *in maiores*) *quàm quisquam hominū difficultates delabitur.* Intelligo autem eum in difficultates multas, seu magnas, delabi, aut difficultatibus multis cōflictari, quòd multa apud poetam illum occurrant quæ rationi minimè con-

sentanea sed potius absurda esse videntur.

Sed cur de Homero loquens solo φασὶ dicit? nam loquutus quidem est de pluribus poetis, sed ab iis ad Homerum transiit, & facta eius mentione dicit φασί. Videndum igitur ne scribēdum sit, περὶ γὰρ ἐν ὑμῖν προύχοντι καὶ τοῖς ἄλλοις φοιτῶν τις, &c. Fateor alioqui, in sequentibus itidem φασὶ legi, quū de Hesiodo tantùm loquutus fuerit. Verùm fieri potest vt male pro φησὶ scriptū sit. At in illo altero loco ne φησὶ legamus, hoc etiam obstat, quòd ab Homero nulla eius rei quam hìc refert fiat mentio, Agamemnonem videlicet filiam suam (cui nomen erat Iphigeniæ) mactandam dare non recusasse.

V. ῥύσηται] Vocem λεπρου mendosam esse constat, quæ ideo absque accentu à me hìc scripta fuit. Ac initio quidem ex aliqua voce deprauatam esse putabam, quæ nomen loci esset vnde Helena rapta fuit: sed si eam esse Λεπραίου dicamus, oportebit aliud quoddam fuisse Lepræum quam cuius mētionem à geographis fieri videmus: deinde addenda erit præpositio ὑπὸ, quę cum ποιμένος iungatur. Quamobrem non displicebit fortasse Isaaci Casauboni coniectura, ἀπ' ὀλέθρου ποιμένος scribentis. Sed malim tamen ὑπ' ὀλέθρου ποιμένος.

Ver. χαμέμνων] Festiuè dicitur abductus captiuus à Chryseide qui eius amore captus erat. Hoc autem captiuitatis genus quale sit, satis supérque poetæ (elegiaci præsertim) docent.

Ibidem, πρὸς τὸν Θετ.] Præpositioni voculam καὶ præfigo.

V. δος] Maluit Πηληϊάδης quàm Πηλείδης dicere, licet vtrunque sit apud Homerum: quòd illud magis sit poeticum.

V. ποτ. πηδ.] Cuiusdam Achillei saltus cùm alii mentionem fecerūt, tum verò Lycophron, Πελασγὸν ἅλμα vocans. Intelligit enim τὸ Θετταλικὸν πήδημα, videlicet τὸ τοῦ Ἀχιλλέως: qui fuit Πελασγὸς, & quidem Θετταλὸς, vt scholiastes scribit. apud quem vide plura. Sed vel alius fuit ille saltus de quo nunc loquitur Iustinus, vel mendosè ποταμὸν apud eum legitur.

V. Πολυξ.] Amazon hæc dicta fuit Pēthesilea: de qua lege Calabrum, & Lycophronis scholiastem.

V. δυσμ.] Hanc quoque historiam, siue fabulam, habes apud eundem scholiastem. Possit autem pro his, *Victima amoris conciliandi causa mactata*, vel breuius, *Victima amoris conciliatrix*, dici etiam, (retinendo vocem Græcam) *victima philtrorum*.

V. πλους] Scribo φρονήσει. Perinde acsi diceret, prudentia, non autem

autem cera, aures obthurare. Huc pertinentem eiusdem scriptoris locum habes in oratione Paræn. ad Græcos, pag. penult.

¶ Pag. 12. V. Ἀλλ'] Fortasse ita scripsit, Ἀλλ' ἐπεὶ Ἡσίοδος μεθ' ὅμηρον ἐγένετο· ὃς ἔργα τε καὶ ἡμ. &c. vel μεθ' ὅμηρον ἦν. Hoc tantùm incommodi in hac lectione erit, quòd ὃς referet non eum qui posteriùs sed eum qui priùs nominatus fuit. Quod tamen exemplo non carere constat.

V. γράψει] Vel λήρῳ scripsit, eo modo quo λῆρον dicimus eum qui est ληρώδης, siue id quod est ληρῶδες: vel certè λήρῳ pro ληρώδει irrepsit.

V. ἐλ.] Factum hoc Curetum legitur & apud Callimachum. Quum autem vnam vocem διακλαπέντα in exemplari inuenissem, non dubitaui in duas διὰ κλαπέντα diuidere.

V. μεθα] Fortasse aliquod aliud mulieris nomen præcedebat, ante καὶ Δανάη: & particulæ μὲν reddita erat δέ: hoc modo, ἐπ' Ἀντιόπη μὲν, ὡς σάτυρος ἐπὶ ἦ καὶ Δανάη χρυσός. In Græco tamen de adulteriis Iouis disticho, ad vnam tantùm, & quidem Danaen, venit auro assimilatus. Hæc enim sunt eius verba,

> Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
> Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Fuisse autem olim dæmones improbos, quibus talia flagitia perpetrantibus, deorum nomina fuerint imposita, docet hic noster Iustinus, Apologiæ posterioris pagina secunda.

V. λης] Inter Σεμέλης & τὸν ζῆλον est in exempl. aliquod verbum, quod legi non potest.

V. ακίδη] Scripsi σκιδων ἢ absque accentu, quòd sit vocabulũ deprauatum: de quo alienam diuinationem exspectabo.

V. καὶ τὸ μ.] Puto post αἰσχρότητα scriptum fuisse διδάξαντι: & repetitionem eius in causa fuisse cur hîc omitteretur.

V. ρον] Scriptum fuisse ἡγήτορα à Iustino arbitror.

¶ Pag. 13. V. ὃς] De Nemeæo leone hoc intelligi constat: fortasse tamen non voce Νεμεαῖον hoc vacuũ spatium repleri debet, sed alia quapiam quæ habeat aliquod illi conueniens leoni epithetum: præsertim verò quod aptè præfigi possit hemistichio versũ claudenti. Videtur enim his verbis κατέπεφνε λέοντα clausus fuisse versus hexameter. Quid si igitur epitheto θεινιαρὸν aut βριαρὸν hoc vacuum spatium esse implẽdum dicamus? Verùm & hæc, πολυκρανον ἄλεστον ὕδραν, videri hemistichium queunt.

V. δ' ἄγριον] De auibus intellige quæ Stymphalides fuerunt appellatæ.

V.τὸν] Scribo ἀπὸ στελέχους.

V. πλόμενος] In exempl. τὸν ἑστίον, ſed manifeſto mendo pro Νέστειον.

V.διωκηθ.] Malim καθ' αὑτοῦ. Cæterùm huc pertinet quod ab eodem ſcriptore de eodem deo, vel potius ſemideo, (loquor autem ethnicorum more) memoriæ proditum, cum ſe igni tradidiſſe, ad fugiendos labores. Ἡρακλέα γὰρ (inquit in Apologia poſteriore) φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα.

V.ἐπεὶ] Ante hæc verba ὑπὸ ἀκρασίας, vel poſt, non dubium mihi eſt quin aliquod nomen deſit, quod illis diis pro epitheto tribueretur: vt ἄνανδροι heroibus tribui videmus. Interim tamen locum hunc perinde ſum interpretatus ac ſi τοιοῦτοι ſcriptũ eſſet.

Eſt verò & hoc animaduertendum, nihil eſſe quod particulæ ἐπεὶ reddatur. Non hoc autem ſolùm ſed & quædam alia locum hunc mihi ſuſpectum reddũt. nam nec voculæ μὲν, quæ eſt ante Ἀτρέως, videmus reddi particulam δέ.

V.Πελ.] Puto deeſſe Αἴγυπτον ante vel poſt ἀτεκνοῦντα.

V.μεμεθ.] Scriptum fortaſſe fuit, αἱ Ἐριννύες ἤρτυον.

V.κινη.] Huius Procnes ſoror, videlicet Philomela.

V.τος πέτρ.] Malim Οἰδιπόδεια, vel Οἰδίποδος. De his autẽ quæ κέντρα vocat, ego autẽ *fibulas* verti, lege Apollodori bibliothecã.

¶[Pag.14. Ver.εἰρ.] Solet talibus locis adhiberi particula ἄν: adeo vt ſermonis Græci conſuetudo poſcat vt legatur hîc, κατηγορία ἂν ἔδοξεν εἶναι ψιλή. vel, κατηγορία ἔδοξεν ἂν εἶναι ψιλή. ſed obſeruaui & alios huius ſcriptoris locos, qui hanc particulam eodẽ poſcant quidem modo, non habeant tamẽ. De quibus quid dicemus? an vbique peccaſſe librarium? an verò conſuetudinem Iuſtino fuiſſe, non ſeruare hanc conſuetudinem?

Ver. φθαρτον] Cenſeo ſcribendum, τούτου τοὺς ἥρωας, *huius* regis *heroas*. Nam retinendo τούτους, potius ἀπέγνωτε ſcribendum eſſet. Eſt autem ſuſpectum & aduerb. ὅτι, niſi poſt ipſum aliquid deeſt. alioqui enim videtur debuiſſe ſequi, οὐ τοὺς ἐν λαοῖς φόνον ἐργ. vel tale quid. Atq; hæc verba ἐν λαοῖς φόνον ἐργαζομένους nobis in memoriam reuocare debent epithetum λαοφόνος.

V. ἐργ.] In exempl. videntur ſupereſſe quædam veſtigia vocis στρατηγὸς, articulo ὁ ei præfixo. Quadrare quidem certè huic loco, nemo (vt opinor) inficiabitur.

V.χλεύη] Nemo non requirat voculam καὶ ante ἐσθῆτα. At quæ proximè ſequuntur, integritati ſuæ reſtituere, non opis eſt noſtræ:

noſtræ: licet interpretatio noſtra ſenſum aliquem ex iis conata ſit eruere: cùm alia legens aliter, tum verò ὡς δὴ pro ὡς διὰ, & εἰρηνικὴ pro εἰρηνικῆς: haud tamen de his lectionibus valde contendere parata. At in verſu tertio à fine πεἰλυθεῖσα mutandum eſſe in παρελυθεῖσα, auſim acriter contendere.

HENRICI STEPHANI ANNOTATIONES IN EA QVAE de Iuſtini ſcriptis & vita tam ab Euſebio quàm à Photio memoriæ prodita ſunt.

¶Pag. 17. V. νήσεως] Aut verbum ἐναπέπτεν in aliud eſſe mutandum (quod tamen libenter retineo) aut εἰς ἣν ſcribendum exiſtimo. Scio autem nouum, etiamſi ita legatur, futurum iſtud loquendi genus: ſed mirum eſt quantum nouitas ſermonis nouis iſtis ſcriptoribus Græcis placuerit, eáque præſertim quæ eſt circa metaphoras.

V. τῶν ἐθν.] Euſebius quoque libri huius qui ἔλεγχος inſcriptus fuit (eſt autem ex iis qui interciderunt, vt opinor) mentionem facit, & πρὸς Ἕλληνας ſcriptum fuiſſe tradit: at hîc (vt vides) αὐτὶ τῶν Ἑλλήνων dicit ἔθνη: fortaſſe tamen exponens potius illam Ἑλλήνων appellationem, quàm ipſum titulum nobis talem proponens, qualem eum inuenerat. Præſertim verò iſtud perſuadere mihi nequeo, Iuſtinum voluiſſe titulum præferre hæc verba, κατὰ τῶν ἐθνῶν (quæ aliquid odioſi habēt) potius quàm πρὸς τὰ ἔθνη.

V. βίῳ] Iuſtinum non ſolùm verbis & vita ſed etiam σχήματι philoſophum fuiſſe tradit: Euſebius autem, etiam τὸν θεῖον λόγον πρεσβεῦσαι tradit ἐν φιλοσόφου σχήματι.

¶Pag. 18. Ver. αὐτῷ] Hoc ipſo vocabulo συσκευασθεὶς hac ipſa de re vtitur Euſebius, pag. 27, πρὸς τοῦ Κρέσκεντος συσκευασθείς.

Ver. Κρέσκεντα] Quum Latini Creſcentem dicunt, non dubiũ eſt quin Κρήσκεντα ſcribere oporteat. Itidem tamen apud Euſebium non η hoc in nomine habes: ideóque non auſus ſum ſcripturam mutare. At nominatiuus rectè apud eum habet η, in poſteriore ſaltem ſyllaba: ac dicitur ita Κρέσκης pro Creſcẽs, vt Κλήμης pro Clemens. Sed eadem ratione qua Κλήμης, non Κλέμης ſcribitur, etiam Κρήσκης ſcribendum fuerit.

V. δαιμ.] Apud Iustinum, πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν. sed magis mihi placet altera lectio.

V. λογ] Hîc vicissim locum habemus qui melius in editione Iustini legitur: & quidem ita vt ei assentiri lectioni necesse sit. Nam post ὡς ὄντα μείζονα ibi habemus τὰ μείζονα. quæ duæ voces hîc desunt. Intellige autẽ μείζονα παρὰ τοῦτον πεποιηκέναι pro μείζονα ἢ τοῦτον. Sic enim & alibi Iustinus loquitur, & quidem in quodam etiam loco quem Eusebius hac in vita affert, pag. 24, ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργόν.

V. πῃ] Habet illa editio, ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλ. item τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα.

V. Αὐτοκρ.] Sic quidem & in illa editione, Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ: sed tamen Eusebius in iis quæ valde paruo præcedunt interuallo non alii quàm Antonino Pio & Romano senatui dicata hæc esse scribit. At verò pagina 23, mentione facta orationis qua Antoninum Pium, & huius filios, ac senatum Romanum compellat: subiungit, esse aliam quæ secundam pro fide nostra apologiam continet, qua compellat Antoninum Verum illius imperatoris successorem, & nomen idem habentem. At Photius dicit primam aduersus ethnicos πραγματείαν Antonino Pio fuisse exhibitam, secũdam illius successoribus. In illa autẽ editione cuius paulo ante memini (de ea loquor quæ à patre meo profecta est) prioris apologię titulus eam Romano tantùm senatui scriptam testatur: ac videmus ipsum Iustinũ in eius principio Romanos compellare, nulla imperatoris facta mentione. At posterioris apologiæ titulus in eadem illa editione habet tantùm πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ. Vide & annot. proximè sequẽtem.

Ver. σεβ.] In illa editione est Λουκίῳ φιλοσόφῳ, καίσαρος φύσει υἱῷ. Sed Marcum Antoninum fuisse vocatum philosophum scimus, non hunc Lucium. Marcum autem adoptasse sibi Lucium Commodum (nimirum ita volente Adriano) tradit Iulius Capitolinus. Atque idem scribit in mentione Marci, qui dictus fuit philosophus, *Post excessum diui Pij, à senatu coactus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designauit: quem Lucium Aurelium Verum Cõmodum appellauit: cæsarémque atque augustum dixit: atque ex eo pariter cæperunt rempublicam regere.* Sed tamen hîc non vnum tantùm principem compellari, nec vni tantùm philosophi titulum tribui videmus: quũ non procul à principio dicat, ὑμεῖς μὲν οὖν ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς, καὶ φι-

λόσοφοι,

λόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσυνῆς, καὶ ἐρασταὶ παιδείας, ἀκούετε πανταχοῦ· εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, δειχθήσεται. (Fortasse autem hæc duo vocabula ὅτι λέγεσθε Iustini nō sunt: sed, quum scripsisset, ὑμεῖς μὲν οὖν εὐσεβεῖς καὶ φιλ. καὶ φύλ. δικ. καὶ ἐρασταὶ παιδείας, ἀκούετε πανταχοῦ, aliquis in margine annotarat, verbo ἀκούετε significari λέγεσθε. Ac fortasse margini adscripserat, ὅ ἐστι λέγεσθε, quod in cōtextū irrepsit) Quid si verò illi tituli quos habet ipsa epigraphe, φιλοσόφῳ, & ἐραστῇ παιδείας, ex his Iustini verbis profecti sunt? Hoc quidem certè cōstat, cum εὐσεβείας & φιλοσοφίας mentionem non obiter tantùm facere: quum addat & in fine paginæ, ἀλλ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀκολουθοῦντας τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Quibus etiam addit Platonis dictum de felicitate vrbiū quibus qui imperant, sunt philosophi. Mirum est autem Platonem non nominasse, huius sententiæ autorem, sed dixisse quendam veterum. Nisi fortè alius quidam ex veteribus ita pronuntiauit, *Non possunt felices esse vrbes, nisi qui illis imperāt & qui eorum subsunt imperio, philosophentur.* quum Plato aliter loquutus esset: sicut & Iul. Capitolinus in vita ipsius Marci Antonini refert, *Sententia Platonis semper in ore illius fuit, Florere ciuitates, si aut philosophi imperarent, aut imperatores philosopharentur.* Vide & annotat. in versum 21 paginæ 22.

V. ποιοῦμαι] Omissa hîc sunt quædam Iustini, post ista verba, καὶ μεθ' ἕτερα. Solent enim ita loqui quum afferunt alicuius scriptoris verba, non quæ proximè subiunguntur iis quæ allata iam fuerunt, sed aliquo interuallo.

V. ἀκρατῶν] Scribo, ἣν εὐθύνας αὐτὸν ἐν τῇ νικητήρια πλ. &c. Obserua autem, ἧς ἐπρέσβευεν ἀληθείας, vt antea de eodem dixit πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον. Ac quod illic ἀλήθειαν appellat, hîc τὸν θεῖον λόγον nominat.

V. λωμ.] Malim ὅπερ οὖν quàm ὥσπερ οὖν. Erit autem positum ὅπερ οὖν (si quidem hanc voculam adiecit) pro ὅπερ: sicut aliquando poni ὥσπερ οὖν videmus pro ὥσπερ.

V. σμβύων] Pro ἐνδιαγαγεῖν scripsi ἐμπαγλῶσαι, vt apud Iustinū legitur in Apol. priore, pag. 131. illius editionis.

V. σκευτος] Ibidem scriptum est φιλοψόφου, non ἀφιλοσόφου. Multo autem magis illud quàm hoc vocabulum mihi placet, ꝙ multo plus gratiæ & venustatis habeat. Magna enim quæ est inter has voces φιλόσοφος & φιλόψοφος affinitas scripturæ, & magnū tamen significationis discrimē, plurimū leporis habēt: (siue

vox hæc φιλόσοφος ab ipso Iustino sit excogitata, siue iam in aliquo vsu aduersus tale philosophorum genus fuerit) præsertímque sequente alio quod ab iisdem syllabis incipit composito, φιλοκόμπου. Nec verò huic quam probo scripturæ repugnare videtur quod paruo interuallo sequitur, οὐ φιλόσοφος ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνήρ. nam & hîc duo sunt quæ idem principiũ habent vocabula. Cæterùm ad illud φιλόκομπος quod attinet, videndum an talem in hoc composito vsum habeat κόμπος, qualis est in κόμποι, (paulo post illa verba, οὐ φιλόσοφος ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνήρ) vbi legimus, ὅτι κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν.

V. ἄξιον] Illa autem editio habet, ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ. Sed necesse est ex ἐπίσταται fiat ἐπίσταιτο, quum in cæteris hæc lectio non minus quàm illa locum habere possit. Est autem interpungendum post ἐπίσταιτο, siue hanc siue illam lectionem sequi libeat.

¶ Pag. 20. Ver. ἡδονῶν] Vt hîc τῶν πεπλανημένων, sic alibi πλάνην de ethnicis dicit in errore versantibus, quod ad religionem attinet.

V. ἐντυχὼν] Nõ dubium est quin potior ista scriptura sit quàm altera hæc, ἢ εἰ ἐντυχὼν τῶν ἐν αὐτοῖς μεγαλείων, ἢ συνεὶς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτ. Posset tamen retineri datiuus qui hîc est post ἐντυχὼν, sed addendo illi hæc duo verba μὴ συνῆκεν: hoc modo, ἢ εἰ ἐντυχὼν τῶν ἐν αὐτοῖς μεγαλείων, μὴ συνῆκεν· ἢ συνεὶς, &c.

V. ὑποπτ.] Malim ἀγεννής.

V. ὅτι οὐδὲν] In illa editione non habes τῶν ἡμετέρων: sed hinc illi debes addere, quum sit necessarium.

V. πας] Hæc verba, ὡς πρόσθεν ἔφην, (siue, ὡς προέφην) ad ea quæ subiunguntur pertinent, videlicet οὐ φιλόσοφος ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνήρ. Respicit autem vel ad illa quæ iam dixit, τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου: vel ad ista, quæ paruo interuallo sequuntur, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης ἐλάττων ὤν.

V. φιλόδ.] Malim ἀξιέραστον ὄν: quod dicitur velut per parenthesin, hoc modo, ὅς γε μηδὲ τὸ Σωκρατικὸν, ἀξιέραστον ὄν, τιμᾷ.

V. φώνησεν] Cum latronum potentia comparari videmus potentiam eorum qui πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶσι, in Apol. posteriore, pag. 139. Sed dubitari tamen potest an is sit locus cuius hîc fit mentio.

¶ Pag. 21. V. συνεδρίῳ] Lege potius συνεδρίου, vt in illa Iustini editione habes. Sed pro paruo hoc beneficio, quod accipis ab ea, redde

redde maximum, lacunam maximam quam habet hîc, quamuis nullo signo indicatam, implens. Nam his verbis, ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω αὕτη, subiunguntur ista, (nullo relicto spatio vacuo) παθήματος δὲ Χριστοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνδρ. at hîc post illa verba, ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω, habes, ἐσωφρονίσθη· καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο. &c. At vero ista, παθήματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα, habes hîc post vnius demû & dimidiæ pagellæ interuallum: vbi etiam non παθήματος sed ὀνόματος legitur. Libenter autem hac de re moneo: vt discant lectores lacunas subodorari ibi etiam vbi nullo eas signo in exemplaribus notatas vident. Multum enim hîc se torqueat, idque frustra, qui tale malum non animaduertat: sed ex hoc elicere loco sensum velit (quibusdam fortasse correctis) perinde acsi ipse Iustinus verba hæc cum illis continuasset.

V. γῆ συγκ.] In iis quæ ex Eusebio præfixa sunt illi Iustini editioni (eâ enim pro exemplari habui) perinde interpûctus est hic locus acsi verba hæc παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον referrentur peculiariter ad illa, συγκατακλίνεσθαι ἀνδρί: sed non dubito quin mihi lectores sint assensuri hanc interpunctionem minimè sequenti, sed ita hunc loci intelligenti vt si verba hoc essent ordine collocata, συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς (nisi fortè ἐκ παντὸς τρόπου scriptu fuit) πειρωμένῳ ποιεῖσθαι, παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον.

V. αὐτῆς] Fortasse post αὐτῆς deest συγγενῶν. Sed & αὐτῆς in αὐτῆς mutandum est.

V. μόχοιτος] Legendum censeo παρ' ὑμῖν.

V. βουλομένου] Vel μὴ βουλόμενον, vel μὴ βουλόμενος, scribendum esse crediderim.

V. μένος] Hic in illa Iustini editione Οὔρβικος appellatur.

V. λάσαιτο] Scribo ἐκείνη.

¶Pag. 22. V. τοῦ Πτλ.) Scribendum puto, καὶ ἀνερωτῆσαι αὐτὸ τοῦτο μόνον, εἰ Χριστιανός ἐστι. Cum quâ lectione côueniunt quæ paulo post leguntur, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. Ac sæpe de hoc côqueritur Iustinus, vel ipsum nomen Christiani pro magno habitum crimine fuisse.

V. ὡμολ.) Hæc verba, ὁ γὰρ ἀρνούμενος, vsque ad καὶ τοῦ Οὔρβ. notis parenthesis includi malim.

V. τὸν ἄνθρ.) Scribendum puto σε κολάσαι, vt congruat hic in-

finitiuus cum illis præcedentibus verbis, τίς ἡ αἰτία τοῦ. Alioqui, sequente verbo ἐκολάσω, præcedere debuisset, τίς ἡ αἰτία δι' ἣν. In illa tamen Iustini editione, est itidem ἐκολάσω: sed hæc præcedētia verba, ὡς ἡ αἰτία, &c. ex iis sunt quæ ibi deesse dixi. Fortasse autem alteram illam lectionem, ὡς ἡ αἰτία δι' ἣν, ibi habebant emendata exemplaria.

V. οὐδὲ φιλ.] Habes hîc iterum illam lectionis diuersitatē: nam φιλοσόφου, non φιλοσόφῳ, in editione illa Iustini legitur: quū vice versa in illa epigraphe, simili in loco, hæc quidem nobis exhiberet genitiuum φιλοσόφου, at verò apud Eusebium φιλοσόφῳ legeretur. Ego genitiuum veram esse scripturam puto. Est autē obseruādum, mentionem hîc fieri tantum filii cæsaris, qui pius dicatur, & filius sit philosophi cæsaris: quum in posteriore Apologia non compellet vnicum, sed dicat (non procul ab ipsa epigraphe) *Vos quidem dicimini pii, & philosophi, & custodes iustitiæ.* Quinetiam in sequentibus, post trium paginarum interuallum, dicat illos pietatis & philosophiæ desiderio teneri. ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, (inquit) οἵγε εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι πρᾶξαι ὑπειλήφαμεν. Vbi πράξειν repono.

V. εἰδέναι] In illa edit. post ὡμολόγει legitur, πονηρῶν δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι νομίζων, καὶ πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. Vbi πρὸς τὸν ἀγαθὸν πατέρα libenter scripserim. Malè autē in proximè sequētibus habet illa editio ἀπλαθὸν pro ἐπιλαθόν.

V. τῶν.] Particulam μὲν expungo.

V. πολ.] Scribo τοῦ δεδηλωμένου.

V. διάδ.] Suspicor aliquot vocabula hîc desiderari.

¶ Pag. 24. Ver. ὡς ὅλ.] Intelligi hæc fortasse possunt de quodā loco qui exstat in dialogo cum Tryphone habito, circa finem paginæ 36: etiamsi charismatum appellatione ibi non vtatur.

V. Ἰουδ.] Reponendum puto πονημάτων pro πόνων, aut πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα mutandum in πλεῖστοι δὲ καὶ ἕτεροι. Vtitur autem hac ipsa de re, id est de eius scriptis, vocabulo πονήσεις, pag. 19, ὁ δ' αὐτὸς Ἰουστῖνος καὶ πρὸς Ἕλληνας ἱκανώτατα πονήσεις.

ALIA

ALIA DE IVSTINO, PHILOSOPHO ET MARTYRE,

(id est, de Iustini vita, necnon de eius scriptis) item de vita Christianorum eius temporis, *superioribus adiecta ab Henrico Stephano.*

OBSERVATA quædam à me in legẽdis Iustini scriptis, ad eius vitam pertinentia, quum ab Eusebio pariter & Photio prætermissa esse animaduerterẽ, visum est ea iis quæ illi memoriæ prodiderunt adiicere.

Ab hac autem obseruatione incipiam, eum, antequam ab ethnicorum philosophia ad Christianam philosophiam (si cum quibusdam vocare ita Christianismum licet) transisset, Platonis potissimum doctrina delectatum fuisse. Atque id testari cùm in priore Apologia pro Christianis, tum in colloquio quod cum Tryphone Iudæo habuit. Atque in illo philosophiæ genere sibi inter cætera contemplationem idearum placuisse ostendit. scribit enim, *καί με ἥρει σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν.* Atque his adiicit, se intra breue temporis spatium sibi visum esse factum sapientem: & de cõspiciendo statim deo spem concepisse: quæ res esset Platonicæ philosophiæ finis. Et verò in oratione Parænetica ad Græcos, duobus philosophis primas partes tribuit, quorum vnus est hic, alter, discipulus eius, Aristoteles. Idque tamen iudicium, tanquã ex vulgo recepta opinione, eum ferre videmus. scribit enim, *ἀλλὰ παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων καὶ πλειστῶν ἐν ἀρετῇ νομισθέντων εἶναι παρ' αὐτοῖς φιλοσόφων.* Quibus addit, hos perfectam & verã θεοσέβειαν didicisse. Sed multo propius ad veritatẽ accedere Platonẽ, plerisque in locis ostendit. Ac vel ista de Platone sparsa vbique fama, (cui assentitur) eum in AEgypto doctrinã Moysis & prophetarum de vno & solo deo hausisse, non dubium est quin Platonicæ philosophiæ apud ipsum, sicut apud alios multos, maiorem quàm vlli aliorum sua, fauorem conciliarit. Sic tamen vt illum audacter nimium sedem deo *ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ* dedisse innuens, scribat, *Plato enim, tanquam ex alto descenderit, & omnia quæ in cælis sunt exactè didicerit ac viderit, deum qui in suprema regione est, in ignea substantia situm esse tradit.* In eo autem quod

cum Tryphone habuit colloquio, Platonem & Pythagorá vocat σοφοὺς ἄνδρας, & addit, οἳ ὥσπερ τεῖχος ἡμῖν καὶ ἔρεισμα φιλοσοφίας ἐξειργάσαντο. Atque in Parænetica illa oratione hunc quoque in AEgyptum profectum esse existimat: quum scribat, ἄξια καὶ αὐτὸς τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας περὶ ἑνὸς θεοῦ φρονῶν φαίνεται.

Videre est autem in principio Dialogi πρὸς Τρύφωνα, vt diuersis diuersæ philosophiæ magistris sese tradiderit, ab alio ad alium transiens: ac primùm, cuidam Stoico: deinde, cuidam Peripatetico: & post hunc, cuidam Pythagoreo: ac postremò cuidam Platonico, cui etiam auidius quàm aliis operam dederit: vel iis de causis quas antea dixi.

Sed, dum secessum petit, vt liberius Platonicam meditari philosophiam queat, incidit in quendam senem, ex quo primo nomen Christi audit: ídque non sine fructu, vt exitus ostendit. Sese autem, etiam dum Platonis philosophia delectaretur, miratum esse in Christianis contemptum mortis, scribit in Apologia priore. Eius hæc sunt verba, καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ, τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, &c. Id est, *Nam ego ipse quum Platonis doctrina delectarer, atque audirem criminationes quæ in Christianos iactabantur, sed nec mortem nec alia omnia quæ pertimescenda existimantur, eos pertimescentes cernerem, cogitabam fieri non posse vt improbi & voluptatibus dediti essent. Quis enim voluptatibus deditus, aut intemperans, & humanarum carnium esum rem esse bonam existimans, mortem amplecti posset, vt iis quæ bona iudicat priuaretur? ac non potius modis omnibus conaretur vitam hanc viuere, & præsides latere? nedum seipsum deferret, morte afficiendum.* Scribo autem κατήγγελλε, vt cóueniat cum ἐπειρᾶτο. Quod tamen ἐπειρᾶτο suspectum esse cuipiam possit, & videri scriptum pro πειρῷτο, quod respondeat illi δύναιτο. tunc verò & καταγγεῖλαι scribendum fuerit. Fortasse autem ante φονευθησόμενον scriptum erat εἰδὼς, vel tale quid. At vocem ἄρχοντας non putaui reddi debere hîc *principes*, sed *præsides*, (nisi quis *prouinciarum præsides* malit) aut *summos magistratus*. Sed quorsum istud de humanarum carnium esu? Vnum hoc erat ex iis quæ Christianis obiiciebantur: sicut ex alio quoque discimus illius loco, qui est in Apologia posteriore. Quinetiã in Colloquio cum Tryphone, pag. 38, μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους; Quinetiam alterum crimen quod in illo Apologiæ loco obiicitur, sed ita vt vix intelligatur

quale

quale sit, hîc manifestum fit, his quæ subiunguntur verbis, καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην ἀποσβεννύντες τοὺς λύχνους, ἀθέσμοις μίξεσιν ἐγκυλιόμεθα. Nec verò dubitandum est quin Iustinus, sicut Christianos, etiam antequam ad eorum religionem accederet, esus carnium falsò accusari credebat, ita & alteram istam accusationem falsam esse crederet.

Illius zelum multi testantur loci: ex quibus est vnus circa finem oratiunculæ ad Græcos, ἔλθετε, παιδεύθητε. γένεσθε ὡς ἐγώ, ὅτι κἀγὼ ἤμην ὡς ὑμεῖς. Quibus addit duo quæ ipsum ceperint, τό, τε τῆς παιδείας ἔνθεον, καὶ τὸ τοῦ λόγου δυνατόν.

Zelum verò eius simul & magnam παῤῥησίαν, necnon τὸ φιλάληθες, indicant cùm alii loci, tum verò quidam in Colloquio cum Tryphone. Ac in horum vno suæ φιλαληθείας nominatim mentionem facit: scribens, οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ τοῦ τἀληθῆ λέγειν. Simúlque quàm suus eum zelus ad audacter loquendum accenderet, his quæ subiungit verbis indicat, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. Cæterùm quanto profitendæ veritatis studio tenebatur, tanto vicissim cõtrarium in Iudęis studium odio prosequutum esse videmus, & quidem in eorum præsertim doctoribus: quibus obiicit φαύλας ἐξηγήσεις, quas παραποιοῦντες ἐξηγοῦνται. Et alicubi reprehẽdit quòd quædam exponãt ταπεινῶς: addens etiam, illos ea ψιλῶς ἀκούειν. Hos doctores alicubi vocat etiam sophistas, de quibusdam Scripturæ verbis loquens, quæ ad tropologiã adducere conabantur, quum tamen eam minimè admitterent. Sed de his addit, *Qui neque dicere veritatem, neque eam mente complecti possunt.* Atque ad hanc pertinere φιλαλήθειαν dici possunt quæ passim de flagitiosa quorundam vita, antequam Christo fidem dedissent, confitetur. Ex quibus sunt ista in illo Dialogo, pag. 107, καὶ οἱ πολέμου καὶ ἀλληλοφονίας καὶ πάσης κακίας μεμεστωμένοι, &c. Quibus addẽda quæ ibi pagina sequens exhibet, δι' οὗ (videlicet αἵματος τοῦ Χριστοῦ) οἱ πάλαι πόρνοι καὶ ἄδικοι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν σώζονται. Quomodo autem seruantur? remissionem peccatorum consequuti, & non amplius peccãtes. Sic verò in Colloquio cũ Tryph. vitã Christianorum cum anteacta eorũ vita conferens, scribit, οἵτινες ἐν πορνείαις καὶ ἁπλῶς πάσῃ ῥυπαρᾷ πράξει ὑπάρχοντες, &c. Et in Apol. poster. οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι. & quibusdã interiectis, in quibus alias etiam mutationes vitæ describit, ad illam quoque quã dixit (in eo quẽ modò attuli loco) ἀλληλοφονίαν, venit. οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλλη-

λοφόνοι, &c. Deniq; in alio eiusdē Apologiæ loco, ἐ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνοι, οὐ μόνον οὐ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθρούς, &c. Quò pertinent & ista, in Disputatione aduersus Tryphonem, καὶ ἐξήλθομεν ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐν ᾗ ἐζῶμεν κατὰ τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων, (postquam vocem fortasse ἔθη deest) κακῶς ζῶντες. Vix autem magis insigne exemplum mutationis vitæ in Christianis tum temporis requiri potest, quàm quod nobis proponitur in muliere, cuius fit mentio in Apologiæ prioris initio, sed sic tamen vt prima tantùm illius historiæ verba ibi inueniātur, atq; ex Eusebio in Iustini vita petēda sint, quemadmodum ante monui: idcóque tibi ad paginas 21. & 22 huius opusculi veniendum sit. Eius initium est, Γυνή τις συνεβίω (sed συνεβίου rectius legitur) ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ αὐτὴ πρότερον.

Nec dubium est quin eadem φιλαλήθεια sit & aliis in locis vbi de Christianorum vita loquitur: quum mutuo non prosequi odio scribit eos qui ipsos oderant (quum tamen magnus horum numerus esset, vt ostēdit epigraphe Apologiæ posterioris) quòd atheos esse (nam ita vocabantur) ac nouis etiam atque inusitatis sceleribus polluere se crederent: & quidem nonnullis quoque modo non Cyclopicis. Neque enim tantùm τὰς ἀνέδην μίξεις, lucernis exstinctis, obiiciebant, sed etiam humanarum carnium esum, vt antea retuli. Sed quid dico, Christianos mutuo prosequi odio minimè consueuisse eos qui ipsos oderant? Immo ne eos quidem à quibus grauissimis contumeliis & iniuriis afficiebantur, odio habebant. Nec verò satis erat illis odio eos non habere, sed omnibus etiam modis eos ad sanam conuertere mentem conabantur, & deo pro illis preces fundebāt, vt eorum misereretur: quemadmodum & antea attigi, multos in quibus id testatur locos prætermittens.

Haud minus φιλαλήθη fuisse putandum est in omnibus iis locis vbi eos dicit suam Christianam religionem minimè abnegare, sed contrà eam audacter profiteri solitos. ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα, inquit, in Apologia priore, aliísque in locis. quum alioqui penes eos esset abnegare, vt in Apol. posteriore scribit: & quidem vel sola voce abnegantibus (vt in eodem libro refert) parata venia esset.

Eandem denique φιλαλήθειαν non dubium est quin iis in locis habeamus vbi de illorum contemptu mortis verba facit, ac libenter etiam mortem oppetiisse testatur in profitenda sua religione.

ligione. Qua de re notabilis est hic locus in Disputatione cum Tryphone, vbi & varia quibus affici solebant supplicia, enumerantur: κεφαλοτομούμενοι γὰρ, καὶ σταυρούμενοι, καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι, καὶ δεσμοῖς καὶ πυρὶ καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις, ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας δῆλόν ἐστι. Vbi (vt de hoc obiter moneam) inter alia supplicia obseruandum est, etiam obiici feris solitos. cuius rei fit mentio & in ea quam habes in præcedentibus ad Diognetum epistola. Hanc autem Christianorum in mediis etiam tormentis & cruciatibus constantiã testati sunt & isti mei versus iampridem, vtpote à me adhuc adolescente præfixi editioni illi Testamenti noui cui grandes literas & omne typographicæ magnificentiæ genus pater meus adhibuit.

Καὶ μῦθος ἀμφιχυθεῖσα πόσιν σήθεσιν ἐγείρει,
Ὥστε ἵν' οὐ φάλαρις καὶ οὐ Βούσιρις ὁμοκλῶν,
Οὐ βρόχος, οὐ κλοιοὶ, οὔτε ξίφη, οὐ πυρὸς ὁρμὴ,
Οὐχ ἕτεραι κρυερῶν βασάνων ἐθέλησαν ἀνάγκαι.

Nec verò minus φιλαλήθως & ἀληθῶς & hoc ab eo dictum fuit de Christianis, quod ad eũdem sermonem pertinet, ideóque illi ab eo subiungitur, *Sed quanto magis talia fiunt* (id est, quanto magis sæuitia talis in Christianos exercetur) *tanto plures alij fideles & dei cultores per nomen Iesu fiunt.* Atque idẽ & alibi de Christianis dicentem eum audimus.

Sed huius contemptus mortis, atque adeo alacritatis ad mortem oppetendam, exempla etiam suppeditare nobis potest ea historia quæ in præcedentibus ex Eusebio affertur, pag. 21 & 22, eam ex Apologia priore sumẽte: vbi tamen eius tantùm principium habemus. At necesse fuit (dicet quispiam) φιλαλήθη hac in re & talibus esse Iustinum, quum alioqui quotidiana potuisset experientia mendacium conuinci. Quid verò quòd fatẽtem interim eum audimus, quosdam etiam κακούργους in Christianorum numero fuisse inuentos? Hoc certè, magis quàm alterum illud, φιλαληθείας esse argumentum nemo, vt opinor, non fateatur: quũ potius negandum hoc fuisse, aut saltem vocandum in dubium (nisi exemplis conuicto) videri cuipiam posset.

AD zelum autẽ & τὸ παρρησιαστικὸν vt reuertar, vtriusque laudem nulli eorum qui ab ethnicorum erroribus ad Christianorum religionem transierunt, maiorem deberi existimo: quinetiã nullũ esse ex iis qui apologias pro Christianis scripserunt, (quorum fuit in numero Athenagoras) qui tam liberè loqui apud im-

peratorem, aut etiam imperatores, in defendenda Christianorũ causa sit ausus. Antequam tamen è duabus eius Apologiis exempla vtriusque horum afferam, ad quosdam veniam locos colloquii cum Tryphone habiti: quod & disputationẽ appellare quis possit. Illud quidem certè quod inde paulo ante attuli dictum, οὐδένα δὲ σιωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι, tale est vt nemo magnam in eo παῤῥησίαν agnosci negare queat. Verùm & in eiusdem paginæ fine non dubitat quæ valde dura illorum auribus esse poterant Christi verba commemorare: νυῦ δὲ διπλότερον υἱοὶ γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθε. (nisi fortè scripsit, νυῦ διπλότερον υἱοὺς γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθαι ποιεῖτε. nam de proselytis loquitur, de quibus Christum dicentem audimus, eos circumire mare & terram vt vnum proselytum faciãt: at quum factus fuerit (inquit) ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν) Quibus hæc non minus esse aspera poterant, è Christi itidem ore profecta, τάφοι κεκονιαμένοι, &c. Cui dicto ibi adiicitur & aliud, tanquã huic adiunctum, τὸ ἡδύοσμον ἀποδεκατοῦντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. quũ tamẽ hæc ibi, Matthæi videlicet capite 23, nõ sequãtur, sed alio è loco, qui paruo interuallo præcedit, petita sint: vel potius è tribus locis. Nã τάφοι κεκονιαμένοι, & quæ sequũtur verba huc pertinentia, sunt è versu 27, capitis 23 Matthæi: hæc autẽ, τὸ ἡδύοσμον ἀποδεκατοῦντες, è versu 23: at illa, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, sunt è versu 24 sumpta. Ac dubitet aliquis non immeritò an ipse Iustinus ita hos locos decurtauerit, an verò ex errore hæc decurtatio nata fuerit: quæ in posteriore prẹsertim parte imponere cuipiam possit, quòd illis, τὸ ἡδύοσμον ἀποδεκατοῦντες, videãtur opponi ista, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Sed potius mihi persuadeo ex librariorum errore natam esse talem scripturam: quum etiam videamus his subiungi verba ista, τυφλοὶ ὁδηγοί: quæ versus illius 24 sunt initium, hoc modo, ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Iam verò & in iis quæ sequuntur quandam doctorum legis reprehensionem habemus, ex ipsius itidem Christi verbis sumptam, ἐὰν οὖν μὴ τῶν διδαγμάτων τῶν ἑαυτοὺς ὑψούντων, καὶ θελόντων ῥαββὶ ῥαββὶ καλεῖσθαι, καταφρονήσητε. Scimus enim, in eodem eiusdem euangelistæ capite de scribis & Pharisæis inter alia & hoc dici, καὶ [φιλοῦσι] καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββὶ ῥαββί. Neque non animaduertendum est, illud ὑψούντων ex iis quæ paulo post ab euangelista referuntur Christi verbis trãslatum esse. Nam & hæc paulo post habemus,

bemus, ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. Sed interim omittẽda non eſt illius loci Iuſtini emendatio. quum enim dici non poſſit διδάγματα velle appellari Rabbi, pro διδαγμάτων reponendum aio διδασκάλων. Cæterùm vt hæc verba in illos ex ipſius Chriſti ore profecta iacit, ita etiam alia illis ex ſeſe dicit, παῤῥησιαζόμενος: ex quibus eſt iſtud, οὐ γάρ σοφοί ἐστε, οὐδὲ συνετοί, ἀλλὰ δριμεῖς καὶ πανοῦργοι. Adde quòd illis multa quoque obiicit, in quibus mala fide egerunt: veluti vbi ſcribit de quibuſdam verbis Teſtamenti veteris, *Quæ ſi intellexiſſent doctores* (vel *magiſtri*) *veſtri, ab oculis hominum remouiſſent: ſicut ea quæ erant de morte Eſaiæ, quem ſerra lignea ſecuiſtis*. Verto autem, ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν, *ab oculis hominum remouiſſent:* ex quo intelligendum eſt, eos fuiſſe illa quoque ex ipſis exemplaribus ſublaturos. Addẽda porro ſunt præcedentibus in eos à Iuſtino iactatis & iſta, τὰ χείλας μὲν διδάγματα καὶ ἀθεότητος συμπίνοντες, τὸν δὲ τοῦ θεοῦ λόγον ἀποπτύοντες. Denique ſæpe & τὸ σκληροκάρδιον illis obiicit.

Multa item magnum eius erga Iudæos zelum teſtantia in eadem illa diſputatione leguntur, quorum è numero ſunt nónulla quæ pagina 49 habemus: quorum principium eſt, μὴ ἄγαρ πάθετε μηδὲ διστάζετε πιστεῦσαι τῷ ἀπεριτμήτῳ ἐμοί. Eos tamen contrà magno Chriſtianos odio eſſe proſequutos, aliquot locis apertè oſtendit. Nam pag. 42 ſcribit eos in ſuis ſynagogis execrari (ſeu diris deuouere) ſolitos eſſe illos qui in Chriſtum credebant. Atque itidem pag. 106, ἀλλὰ καὶ καταρᾶσθαι αὐτοῦ καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν πάντων τολμᾶτε. Sed & alibi huius execrationis meminit, cùm eo in libro, tum alibi. Verùm in fine paginæ 98, ab iis tolli etiam è vita Chriſtianos ſcribit, quoties in illos poteſtas eis datur. qua de re & antea dictum à me fuit. His autem addendum & quod de proſelytis quoque ſcribit οὐ μόνον οὐ πιστεύουσιν, ἀλλὰ διπλότερον ὑμῶν βλασφημοῦσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς τοὺς εἰς ἐκεῖνον πιστεύοντας καὶ φονεύειν καὶ αἰκίζειν βούλονται. His denique adiicienda ſunt & illa quæ ab Euſebio afferuntur ex eodem libro pag. 23 & 24. quorum initium eſt, οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε ἐφ᾽ οἷς ἐπράξατε κακῶς, (ſed malim κακοῖς ſcribere) ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκλεξάμενοι τότε, ἀπὸ Ἱερουσ. &c. Sed pro ἐκλεξάμενοι habet Iuſtini editio χειροτονήσαντες. Conſiderandum eſt porro, eo maiorem zelum Iuſtini iudicandum eſſe, quo maiore ſe & cæteros Chriſtianos apud illos flagrare odio ſciebat.

SED hæc duo in Iuſtino ſumma laude digna, zelus & τὸ παῤ-

ῥητορικὸν (quę & ab illo in epiſtola ad Zenam & Serenum copulantur) præſertímque poſterius illud, apertius etiam conſpici poſſunt in Apologiis quas pro Chriſtianis ſcripſit: multóque magis in poſteriore. Et verò in ipſo iam profitentem principio audimus, ſe (loquitur tamen non in ſua tantùm ſed in totius multitudinis Chriſtianorum perſona) non adulandi animo, nec quidquam auribus illorum dandi, acceſſiſſe. Ac, quum nihilominus ita hanc orſus orationem videri poſſit vt prima verba aliquid adulationis præ ſe ferant, hanc ſuſpicionem longè remouent ea quæ ſubiungit. *Vos* (inquit) *& pij & philoſophi & cuſtodes iuſtitiæ & amatores doctrinæ dicimini vbique: an autem ſitis etiam, oſtendetur.* Niſi fortè non δειχθήσεται ſcripſit, ſed δείξετε. id eſt, *oſtendetis*. Ac videri poteſt ad prouerbium alludere, ἡ ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείξει. Cæterùm ſubiungit his verba illa quibus negat ſe adulandi animo veniſſe. Commendat autem & hîc τὴν φιλαλήθειαν, de qua dictum antea fuit. Sed quid ab illis petit? vt rem de qua agitur exactè velint examinare, antequam de ea iudicent. Adáitque omnia quibus mentes præoccupatas habere non debent, vt rectè iudicium ferre poſſint. Quum porro his dictum illud ſubiunxiſſet, *Vos autem interficere quidem nos poteſtis, at non lædere:* addit, *Sed nequis ratione carere & audacem hanc eſſe vocem exiſtimet, petimus vt inquiratur in ea de quibus accuſantur.* vel ita, *vt examini ſubiiciantur ea de quibus accuſ.* Iſtud denique vrget & aliis in locis, vt velint doctrinam eorum qui Chriſtiani vocantur examinare. (niſi quis ἐξετάζειν aliter interpretari malit) Eſtque vnus eorum & hic, καὶ ὑμέτερον ἔστω, ὡς δυνατῶν βασιλέων, ἐξετάσαι εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. Sed hîc pro ὡς δυνατῶν ſcribendum cenſeo ὡς δὴ συνετῶν. Hoc enim quod ab illis petit, facere velle, non eſt potentiæ, ſed prudentiæ. Ideóque in fine paginæ 141 (quæ hanc ſequitur) optant, ſiue deum precantur, vt cum potentia coniungere prudentiam comperiantur. Nam σώφρονα λογισμὸν poſſumus non ſolùm ſanam mentem (de qua ſignificatione antea dixi) ſed etiam prudentiã, paulo liberiore interpretatione, reddere. Nec verò dubito quin initio huius orationis, vbi ſcriptũ eſt, ὁ σώφρων λόγος ὑπαγορεύει, ſcribendum ſit itidem ὁ σώφρων λογισμός. Atque ita in fine illius paginæ dicitur, καλλίστη δὲ καὶ μόνη δικαία πρόκλησις ταύτην πᾶς ὁ σωφρονῶν ἀποφανεῖται. Alioqui fateor dici ab eo alibi non ſemel, ὁ λόγος ὑπαγορεύει: quinetiam ὁ ἀληθὴς λόγος ὑπαγορεύει: & quidem

in hac ipsa pagina. Quomodo autem non ausit de prudentiæ cum potentia coniunctione tanquam dubitans loqui, quum alibi non dissimulet se vereri ne idem quod ἀνόητοι solét, faciant? Nam ἀνοήτους vocari scimus qui non solùm prudentia sed mente etiam carent.

Magna libertate loquendi vtitur & vbi dicit videri illos metuere ne omnes iustitiam colant (ita enim verto δικαιοπραγήσωσι) quum tamen hic metus non bonorum principũ sed carnificum esse debeat. Sed quæ maior dici παῤῥησία potest quàm ea quæ cum latronibus seu prędonibus eos principes cõferre audet, qui (vt ipse loquitur) τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμῶσι; tantum enim eos posse dicit quantum in desertis possunt locis latrones. Habemus autem & apud Eusebium quendã locum Tatiani, in quo de quibusdam loquitur quos Iustinus similes latronibus esse dixerit. Sed an de eo Iustini quem attuli loco intelligi hoc debeat, incertum est.

Ne hoc quidem omittendum inter cætera παῤῥησίας exempla, ab eo iudicium illis denuntiari quod deus post hanc vitam exercebit, & in quo quisque rationem eorum quæ in vita egerit reddere cogetur. *Respicite* (inquit) *ad exitum omnium quotquot fuerunt regum, eos mortem omnibus communem obiisse. quæ si sensu caritura esset, præclarè cum vnoquoque iniustorũ ageretur. Sed quũ sensus omnibus mortuis maneat, & punitio sempiterna illis destinata sit,* &c. Eius verba sunt, ἀποβλέψατε γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέθανον. ὅπερ εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι γενομένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναί τε καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι. Sed hîc pro ὅπερ censeo substituendum ὅσπερ, necnon ἀπογενομένοις pro γενομένοις. Erroris autem præbere occasionem potuit tum quòd rarum idcóque minus cognitum sit istud vocabulũ, tum quòd γενομένων præcedat valde paruo interuallo. Addo & istud, pro ἐπεὶ aliquod fortasse nomẽ scriptum fuisse quod copula καὶ cum nomine αἴσθησις iungebat. Deinde, καὶ μὴ ἀμελήσητε, vel μὴ ἀμελήσητε δέ. Neque verò quum hoc illis iudicium denuntiaret, rem denuntiare nouam & inauditam videri poterat, quum & Platonem & quosdam poetas de hoc monuisse constet. Apud ipsum quidem certè Iustinum in opusculo De monarchia, audimus & comicum Philemonem dicentem,

Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.
Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος καὶ ἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,
Ἅρπαζ᾽ ἀπελθὼν, κλέπτ᾽, ἀποστέρει, κύκα.

atque his iſta addentem,

Μηδὲν πλανηθῇς. ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις,
Ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης.

Nec minoris (ſed potius maioris) παῤῥησίας exemplum in eo eiuſdem Apologiæ loco habemus vbi ignis ſempiterni ſuppliciū & illos & omnes qui immerito Chriſtianos odio proſequuntur, manere ſcribit. Eius verba ſunt, *Quòd ſi & vos tanquam inimici verba hæc legetis, nihil amplius poteſtis (vt iam dictum à nobis fuit) quàm occidere. quod nobis quidem nullum damnum affert, ſed vobis & omnibus pariter qui nos immerito odio proſequuntur, miniméque ſententiam mutant, pœnas ignis ſempiterni irrogat.* Vbi relatiuum ὅπερ (nequis fallatur) non refert φονεύειν, ſed paſſiuum φονεύεσθαι, quod ex eo ſubaudiendum relinquitur. *A vobis occidi* (inquit) *nullum damnum nobis affert.* Sic autem & in principio huius orationis dixerat, ὑμεῖς δὲ ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δὲ οὔ. In alio eius loco, vbi legimus, εἰ δὲ καὶ ἡμῶν λεγομένων τε πάντα εἰς φανερὸν τεθέντων ἀφροντιστήσετε, οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, ſuſpicor ſcriptum fuiſſe, ἀφροντιστήσετε καὶ ἀναιρήσετε, οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα. Cõmemorat autẽ ibidem illas διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας.

Ne hoc quidem tacet, periculum illis eſſe ne à malis dæmonibus decipiantur: pag. 139, προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι μὴ οἱ προδιαβεβλημένοι ὑφ᾽ ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς, &c. Sed quid de periculo dico? immo verò hoc periculum ab illis non vitari, in alio qui hunc præcedit loco, oſtendit, dicens eos à malis dæmonibus exagitatos (ſed hiſce verbis magis etiam odioſis vtitur, μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι) minimè adhibito iudicio & examine, Chriſtianos ſuppliciis afficere.

Sed ad commendandum Iuſtini ζῆλον & τὸ παῤῥησιαστικὸν ſatis me attuliſſe multa exiſtimo, quæ ab eo itidem copulari dixi in epiſtola ad Zenam & Serenum ſcripta. Illic tamẽ quoſdam reprehendi ſciendum eſt τοὺς ζῆλον ἔχειν ἐπαγγελλομένους, ſimúlque τὸ παῤῥησιαστικὸν ἐπιτηδεύοντας: & addi, διὰ τὸ βούλεσθαι νικᾶν, πᾶν εἶδος ἐλευθερίας προσποιήτου περιτιθέασιν ἑαυτοῖς. Sed in eo contra verè Chriſtianum & homine Chriſtiano dignum fuiſſe vtrunque, nemo (vt opinor) negauerit, qui attentè illa quæ propoſui eorum exempla conſiderare voluerit.

Verùm eſt fortaſſe in illa poſteriore Apologia, necnon alibi,

quod quis contrà in eo minimè probet: nimirum quòd in illa Apologia & alibi philosophica quædam & nõnulla poetica proponat, tanquam aliquid cum nonnullis eorum quæ nos religio nostra docet, commune habentia. hoc enim esse sacra profanis, vel potiùs profana sacris miscere, dicet. Sed verisimile est, hac profanorum cum sacris collatione (si tamen collationis appellatio habere hîc locum dici potest) tanquam aliquid auribus eorum dando, allicere ad lectionem aliorum voluisse quæ illis sua in oratione proponebat, planè noua & inaudita & propemodum incredibilia illis futura: & à quibus aures eorum fortasse abhorruissent. Inter eos porro locos qui tales collationes habẽt, præcipuus est hic, paginæ 143 principio, εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, &c. Id est. *Quòd si quædam eodem dicimus modo quo poetæ & philosophi qui apud vos sunt in honore, nonnulla vero grandius etiam & diuinè, & soli cum demonstratione, cur contra quàm cæteri omnes immerito odio flagramus?* atque his exempla huius rei subiungit. In alio autem eiusdem Apologiæ loco testatur, prophetas philosophis & poetis materiam præbuisse eorum quæ de immortalitate animæ vel suppliciis quæ post mortem luuntur, & de aliis quibusdam rebus scripserunt. Sic porro & Clemens Alexandrinus affert nonnulla è libris ethnicorum, quæ ex sacris literis aut è sacris scriptoribus ὠφεληθέντας (ita enim loquitur) scripsisse illos ait. Eodem autem vtitur alicubi Iustinus vocabulo, quamuis hîc παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντας dicat. Neque verò quisquam inficiari potest quin poetæ in nonnullis famam sequuti sint quæ è sacræ historiæ lectione originem habuerat: vnde Iustinus in Apologia priore, de diluuio loquens, *Quod nullum* (inquit) *reliquit, præter eum qui apud nos vocatur Noe, & hunc quidem (vnà cum suis) apud vos autem Deucalio.* Alicubi verò poetas & μυθολόγους idem coniungit: vt pagina quæ hanc præcedit. Quædam sunt alioqui, apud poetas præsertim, quibus adumbrari tãtùm dicendum est ea quæ à sacra historia commemorantur.

Quid verò de illo dicendum nobis est prioris Apologiæ loco, vbi vult necyomanteias etiam & alia quæ cõmemorat, ad magicas artes pertinẽtia, fidem imperatoribus illis facere, animas post mortem quoque sensu præditas esse? Perinde certè puto esse acsi diceret, Quum fidem illis habeatis de aliis rebus, quidni de hac quoque habebitis? Atque idem respondendum censeo de ora-

culis Amphilochi, & Dodones, & Pythûs. præsertim quum etiã videamus illum *μαντεῖα* vocare illa, (sunt autem *μαντεῖα* hîc loca in quibus oracula eduntur: quem vsum & vox *oraculum* habet) non tanquam ex se, sed tanquam morem receptum sequi in ea appellatione sibi permittentem. His porro & quorundam veterum scriptorum autoritatem adiungit.

Fortasse autem & ab incantationibus illum non abhorruisse suspicetur quispiam, ob quandam cum incantatore perito (ita enim reddendum videtur ἐπαοιδὸς ἀγαθὸς) comparationem, in extrema ad Diognetum epistola, quæ nunc primùm in lucem prodit: & ob ea quæ in Colloquio cum Tryphone habito legũtur, circa finem pag. 130. Sed ad illum quidem illius epistolæ locum quod attinet, ex iis quæ ibi dicuntur coniicere non possumus incantationem illi probari. Ex altero autem, vbi ἐπασταὶ vocantur iidem illi incantatores, siquis coniiciat incantatores ab illo non reiici, idem & de iis qui φαρμακευταὶ ab eo vocantur, cõiicere se dicat necesse est: vt taceam de illis qui ibi ἐπορκισταὶ appellantur. Scribit enim, δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ (sed ὑμετέρᾳ scribo) πόλει, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων τῶν Χριστιανῶν ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρ. &c. Id est, *Multos enim à dæmone* (seu *dæmonibus*) *correptos per totum orbem, & in vestra ciuitate, multi ex nostris hominibus Christianis adiurantes per nomẽ Iesu Christi cruci affixi sub Pontio Pilato, ab aliis omnibus adiuratoribus* (qui exorcistæ vocantur) *& incãtatoribus & veneficis non sanatos, sanarunt.* Quídnam verò hîc legimus è quo illa fieri coniectura possit, incantatores ab eo reiectos non fuisse? Idem enim alioqui & de iis quos nominat φαρμακευτὰς, dicendum fuerit: vt antea monui. Sunt autem φαρμακευταὶ qui venefici à Latinis vocantur. nam ita interpretari malim quàm (vt quidam) magos: quum latius appellatio ista pateat. Cæterùm ne hoc quidẽ inde inferri potest, probasse illum quosuis qui ab aliis fierent exorcismos, quòd Christiani quoque iis vterentur: sed, quum plurimis in locis multa ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων ἐνεργεῖσθαι dicat, perinde est (vt opinor) acsi diceret, hoc esse euidens approbationis diuinæ testimonium, approbationis (inquam) religionis Christianę: quòd quum deus improborum etiam quorundam hominum & malis artibus vtentiũ exorcismos & incantationes ac veneficia vim habere sæpenumero permitteret, (sicut permittit & à malis dæmonibus multa naturæ humanę captum superantia effici) tamẽ

hîc cessare illam,& ea in re illorum tantùm hominũ opera quorum religionem acceptam haberet, vti voluerit. De hoc obiter monebo, ad vocabula illa ἐπορκιστῶν & ἐπορκίζοντες quod attinet, vix credere me, Iustinum ita potius quàm ἐξορκιστῶν & ἐξορκίζοντες scripsisse: aut certè ἐφορκιστῶν & ἐφορκίζοντες: quum vocem ὅρκος, ex qua fit verbũ cuius nomen verbale est illud, aspirari cõstet. Quoniã tamen afferũtur & ex Concilio quodã ἐπορκίζω & ἐπορκιστής, retinuisse me scripturã illã, licet rationi omnino repugnantẽ.

Mentionem autem illius quam dixi ἐνεργείας malorum dæmonum multi vel potius quamplurimi loci habent, & plures (vt opinor) quàm apud alium vllum ecclesiasticum scriptorem reperiantur. Ac, quum ἐνέργειαν dico, eius vocabulo vtor: alioqui & verbo ἐνεργεῖν, itidem vtentis de illis, sicut & passiua voce ἐνεργεῖσθαι, de eo quod ab illis fieri dicit. Atque vt è maximo exemplorum numero pauca tãtùm afferam, ab hoc initium sumam, quod in Apol. posteriore legitur, καὶ ὅτι ἀπάτη καὶ ἀπαγωγὴ τῶν ἀνθρωπείων γνώμεις εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν, κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. Et paulo post, νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι, &c. Sic in priore Apologia, pag. 131. καὶ κατὰ τὴν τῶν φαύλων δαιμόνων ἐνέργειαν τοὺς σπουδαίους, οἷον Σωκράτην καὶ τοὺς ὁμοίους, διώκεσθαι καὶ ἐν δεσμοῖς εἶναι. Atque in eadem pagina de re eadem loquens verbo ἐνεργεῖν vtitur. Et paucis interiectis, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν. At verò passiuam vocem ἐνεργεῖσθαι habemus & in hoc posterioris Apologiæ loco, πεπείσμεθα δὲ ἐκ δαιμόνων φαύλων καὶ ταῦτα, ὡς προέφημεν, ἐνεργεῖσθαι. Et alibi in fine pag. 144, ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων. Est autem & istud animadversione dignum, ecclesiasticos scriptores (præsertímque hunc) ita proprium habere de diabolo vsum vocem hanc existimasse, vt nonnulli ἐνεργουμένους etiam vocauerint (& quidem interdum sine adiectione) eos quos alioqui à malo dæmone seu malis dæmonibus κατέχεσθαι dicebãt: quasi detineri, aut etiam possideri.

Sed quum passim dicat φαύλους δαίμονας, (& alicubi etiam κακούς) alicubi tamen & δαίμονας sine adiectione ista dicere animaduertendum est. vt pag. 131. πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνήργησαν. & in alio, quem & ipsum attuli, loco, ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων. Sic verò & vbi de Marcione Pontico loquitur, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως. Verùm etiamsi his omissam in locis non fuisse putemus illam adiunctionem, sed Iustinum ita scripsisse, de iisdem tamen intellexisse crediderim: sicut & quum dicit οἱ λεγόμενοι δαίμονες, pag. 158, οὐ γὰρ ἄλλό τι ἀγωνίζονται:

οἱ λεγόμενοι δαίμονες ἢ ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος θεοῦ καὶ τοῦ πρωτογόνου αὐτοῦ Χριστοῦ. quum in iis quæ proximè præcedunt dixisset, βορρᾶ τῶν ἀθέων δογμάτων ἢ δαιμόνων γίνονται. Atque vt illic habemus ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώπους, sic in vno ex iis quos attuli antea locis, vbi φαύλους δαίμονας appellat, videre est illos accusari ἀπάτης & ἀπαγωγῆς τοῦ ἀνθρωπίου γένους. Cæterùm horũ malorũ dæmonũ (dicit autem hîc τῶν κακῶν δαιμόνων) ἀρχηγέτην à Christianis vocari ait ὄφιν, id est serpentẽ: & satanã, ac diabolũ.

AD aliud venio, quod & ipsum non indignum est obseruatione apud hũc scriptorem, sed fortasse vel maximè ea dignum: ita nostram (id est Christianam) religionem ab eo defendi, vt ei esse etiam ἀπόδειξιν, multis in locis dicat. Ex iis est hic, (& quidem inter eos præcipuus) Apologiæ posterioris pagina IX, εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἔνια δὲ καὶ μειζόνως καὶ θείως, καὶ μόνοι μετ' ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; Cui loco, omissis aliquot aliis, subiungã quendam ex pagina 156. vbi verbo ἀποδείκνυμεν vtitur, καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. quum dixisset cõtrà de iis qui mythologias poeticas tradũt, οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις. Sed alium habere vsum apud hunc scriptorem vocem istam quàm apud dialecticos, vbi de syllogismis apodicticis agunt, & minimè repugnare ei significationi vocabuli πίστις, qua de religione nostra dicitur, aliorum locorum inter se collatio ostẽdet. Hoc tantũ addo, eũ & πειθὼ & πίστιν aliquoties cõiungere, sicut πεπείσμεθα & πιστεύομεν, aut etiã inuerso ordine, πιστεύομεν & πεπείσμεθα.

Sed quũ cæteris quæ de Iustino addere statuerã, prætermissis, hanc implere paginã sim contentus, ad Suidam trãsibo, atque vt eum quoque de Iustini vita & scriptis consulas, & quæ ab eo scribuntur, cum iis quæ ex Eusebio & Photio allata sunt cõferas, te monebo. Non prius valedicam tamen, quàm, vt tibi antea gratificatus sum in tollendis è Iustino multis & ex Eusebio nõnullis mẽdis, ita & nũc gratificer, in duobus ex illo Iustini loco remouẽdis, quæ non parum negotii facessere tibi possent. Prius est vbi Iustinũ scripsisse librum aduersus ethnicos tradit, in quo περὶ φυγῆς δαιμόνων disserit: id est, *de fuga dæmonum*. Nam hîc reponendũ est, περὶ φύσεως δαιμόνων, id est, *de natura dæmonum*. Posterius mendum est vbi de Crescente cynico verba facit. nam ibi pro ἀνήθη substituendum est ἀνθρώπων.

FINIS.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI.

CVR HAE Iustini Martyris orationes in lucem non venerint, nisi longo pòst tempore quàm è prelo typographico exierunt, in causa duo fuerũt: vnum, quòd alium quendam libellum exspectabam, luce nec ipsum antea donatum: quem, quòd eiusdem argumẽti sit, pergratum lectori futurum sperabam: alterum, quòd, quum Ioannes Iacobus Beurerus eas Latinitate donasset, hanc eius interpretationem exspectabam, vt non absque illa in publicum prodirent. Sed quum illam ad nundinas Francfordienses misisset vnà cum suis ad me literis, & ego ad eas, contrà quàm ipse sperabat, non venissem, literæ quidem eius inde missæ ad me fuerunt, sed absque illa interpretatione: quamuis iis literis se vnà illam ad me mittere significaret. Tam longæ itaque moræ pertæsus, de iis vertendis cogitare cœpi: atque adeo aliquot pòst diebus id præstiti. At ecce, quum mea interpretatio à quinque iam mẽsibus excusa, nondum tamen edita esset, illa Beureri, tamdiu exspectata, venit tandem in manus meas. Hîc ego tanti viri laborem non contemnere, sed multorum locorum memor, in quibus coniectorem non minus quàm interpretem, agere oportuerat, eos valde libenter inspicere: &, quoniam illum quosdam difficiles locos aliter interpretatum esse videbam, ac præsertim diuersas à meis coniecturas illius inueniebã, cùm alibi, tum verò vbi lacuna, aut lacunulæ, aut saltem literæ ἐξίτηλοι & oculos fugientes in nostro exemplari erant (vno enim eodémque vsi sumus: sed ego ante illum) & te lector tanti viri fraudandum iudicio non censebam: annotationes aliquot, in quibus vel diuersas à meis eius emendationes vel

diuersam interpretationẽ tibi proponerem, superioribus adijcere decreui: atque id vt decreueram effectum reddidi. Cæterùm & in hoc illi mecum haud conuenit, quòd multos è locis qui eas quas dixi lacunas aut saltem qui lacunulas habent, verbis è coniectura sua sumptis implendas, in ipso etiam (vt vulgo loquimur) textu, iudicauerit. Vnde etiã factum est vt lacunas mea interpretatio alicubi reliquerit, vbi nullas in eius interpretatione habes. Sed nonnullis in locis & ipse idem quod ille meæ permisi.

In primo versu prioris orationis, quæ apud Beurerum est posterior, eius manus habet ὡς ὑπερεσπουδακότα: sed si à me quoque animaduersa verùm neglecta fuit hæc particula, eum etiam nullam eius rationem habendam censuisse, ex eius interpretatione apparet. totum enim hoc principium (nam totum afferam vt simul conferre quædam possis) ita vertit,

POSTEAQVAM animaduerti, præstantissime Diognete, te plurimum studii in eo ponere vt religionem Christianorum addiscas: item te clarè & perspicuè & studiosè de iisdem inquirere, quónam deo freti & confisi, & quo pacto eundem colentes, mundum omnes despiciant, & mortem contemnant: intereáque deos à Græcis receptos nihili faciant: neque Iudæorum superstitionem conseruent. Adhæc, quánam mutua charitate inter se affecti sint: & qua ratione nouum hoc genus hominum aut institutum hoc demum tempore, & non antea, in mundo exortum sit: hunc ego animum tuum & cupiditatem laudo & probo: & à deo, qui & dicere & audire nobis largitur, hoc ipsum nobis præstari peto, mihi quidem, ea cum primis dicere, quibus auditis ad meliorem mentem te recipias: tibi verò, vt me disserentem ita ausculteś, ne ego vllum doloré ex hac mea instituendi opera capiam.

Eiusdem paginæ versu 1, cuius initium est τίνος, Beurerus ista verba, τίνος ὑποστάσεως, vertit, *cuius materiæ:* at verò τίνος εἴδους, *cuius farinæ.* ita enim totum hunc locum reddit,

Neque solùm oculis cernas sed & prudentia perspicias, è qua

materia & cuius etiam farinæ sint illi quos quidem vos & appellatis & agnoscitis deos.

Ego, licet hîc sub hypostasi comprehendi materiam putarem, tamen hoc vti vocabulo ausus non sum, quòd non sine causa Iustinum ὑπόστασιν, non ὕλην, dixisse existimarem. Ac ne *substantiam* quidem ausus fui interpretari, quòd illum ne οὐσίας quidem appellatione vsum esse viderem. Sed potius *subsistentiæ* dicere mihi permisi: quam vocem nomini illi ὑποστάσεως respondere manifestum est, eo modo quo verbo ὑφίςασθαι respondet *subsistere*: sed nouam tamen esse, quamuis alii iam olim multi ea vsi sint, non inficior.

Pag. 2. V. κρλ. Beurerus mihi de pronomine αὐτοῖς ad explendam lacunam inserẽdo assentitur: sed πλέον δὲ legit, quum in exemplari sit τε.

Ver. λογικας Locum hunc, qui difficultate non carere videtur, ita reddit idem,

Iam verò honoribus illis quos ipsis, vt vos quidem putatis, habetis, illos magis, si quidem sentiunt, castigatis: sin expertes sunt sensus, ridiculo elencho, sanguine, vt nidore, eosdem veneramini. Hæc verò quis vestrum ferat? quis inquam hæc sibi accidere sustineat? Atqui ne hominum quidem quisquam talem castigationem libens pertulerit, vtpote qui sensu rationeque præditus sit. Lapis verò tolerat: est enim expers. itaque sensum hunc vos coarguitis. Ac de eo quidem, Christianos talibus diis deditos non esse, æquum esse, complura quidem & alia in medium afferre possem: atqui si hæc alicui minus sufficere videantur, superuacaneum existimo, de hisce prolixius agere.

V. αἰαιοθ. Beurerus ita lacunam replet, τὴν αἴσθησιν αὐτῶ ἐλέγχετε.

V. ελοσὸν. Idem legit καὶ τὰ πλείω λέγειν. Supersunt autem (si bene memini) in illo quo vsi sumus exemplari quædam literarum π & λ vestigia.

Pag. 3. v. γερ. Scribendum, τῶν εἰς τὰ κωφὰ τὴν αὐτὴν ἐνδυναμουμένων, φιλοτιμίαν, vt & Beurerus scribit: sed is hæc verba τῶν μὴ δυναμένων non mutat in τὰ μὴ δυνάμενα: quod ego tamen faciendum puto, vt hæc referantur ad κωφά.

V. ἀλλὰ μὴν τ. Locum hunc ille ita reddit,

Ideo inquam opus esse te ex me intelligere & illorum in de-

lectu ciborum metum nimium, & in suis sabbatis superstitiones, & circuncisionis illam arrogãtiam, ieiuniorum & neomeniarum simulationem, ridicula, absurda, & omnis expertia rationis, existimo.

Hæc ille: in quibus obserua, inter cætera, illum sequi scripturam illam quæ *νομίζω* habet, quum reddat *existimo*. at ego *οὐ νομίζω* scribẽdum arbitror, id est, *non existimo*. vt dixi in annot. Ideóque verti, *te à me discere necesse non habere arbitror.* rationem enim reddere videtur, cur superuacaneum hoc existimet: perinde acsi rem manifestam esse diceret.

V. *πῶς οὐ χλ.* Istum locum ita idem interpretatur,

Denique ipsos astris assidere, mẽses atque dies obseruare, dei dispensationem & temporum imitationem pro suo arbitratu vel potius impetu distribuere, & alia quidem diebus festis, alia verò luctui destinare, quis hæc non stultitiæ potius quàm religionis in deum argumenta esse dixerit?

Cæterùm pro *κτλ* non reponit *καταῤῥυθμίζειν*, vt reponendum mihi videri, in annot. dixi: sed *καταδιαιρεῖν*: atque hanc emendationem in illa interpretatione sequitur.

Pag. 4. V. *ϑενται.* Beurerus legit quidem *ἀλλ' οὐ κοινὴν*, sicut & ego: verùm non eodem modo vertit hoc *κοινὴν*. Nam ita hunc locum reddit, Mensam illam communem apponũt, sed tamen non communem.

Pag. 5. v. *πρὸς δὲ χ.* Locum istum Beurerus ita vertit,

Anima cibis potionibúsque afflicta emẽdatur: & Christiani, dum quotidie puniuntur, magis abundant. Tanta enim eos deus in statione collocauit, quam nefas est illis recusare. Non enim velut terrenum, vt dixi, inuentum hoc illis traditum est, neque mortalis alicuius commentum tam accuratè seruare illi satagunt, neque humanorum mysteriorum dispensatio illis credita est: sed ipse re vera omnipotẽs, omnium creator & inuisibilis deus cælitus veritatem & ęternum suum verbum, nulla intelligentia comprehensibile hominibus inseruit & in corde ipsum fixit, & dedicauit.

Ad illa porro verba quod attinet, *neque humanorum mysteriorum dispensatio illis credita est*, fateor quidem respondere his Græcis, *οὐδὲ ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν μυστηρίων πεπίστευνται*: sed hæc perinde accipienda puto acsi dictum esset, *οὐδὲ τὰ μυστήρια ἃ πεπίστευνται, ἀνθρώπινά ἐστι.* Ideóque potuisse me pro his verbis, *ne-*

que humanorum mysteriorum œconomia illis commissa est, vti & istis, *neque humana sunt ea mysteria quorum œconomia illis commissa est*.

Pag. 6. v. ἐκείνων λ. Inter hæc verba, οἱ μὲν, & illa, πῦρ ἔφασαν εἶναι τὸν θεὸν, miretur aliquis spatium relinqui: ac Beurerus certè illa continuat: scio tamen, spatium, vel potius spatiolum, relictum esse in illo cuius mentionem & antea feci exemplari: hoc modo, ὧν οἱ μὲν   πῦρ ἔφασαν, &c. Quam igitur vocem esse omissam verisimile fuerit? Eam esse puto τινὲς, quæ πλεονάζει quidem, sed ita vt pleonasmum haud inelegantem afferre orationi videatur.

Cæterùm hæc verba, οὗ μέλλουσι χωρήσειν αὐτοὶ, τοῦτο καλοῦσι θεὸν, Beurerus in sua interpretatione non includit parenthesi, vt in mea includi vides: ego tamen in mea permaneo sententia: & istud tantùm addo de hoc loco, magis vsitatam sermonis formam esse futuram, inserendo particulam γὰρ post οὗ.

V. vlt. Beurerus ex coniectura scribit ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι. at meam sequendo, scribẽdum fuerit ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι. Fateor tamen me in annot. de hac coniectura tacuisse: & tantùm monuisse, voculam ἃ ante οὓς αὐ τῶν. deesse videri. Ac ne de hoc quidem defectu sententiam muto: sed de altera illa emendatione, per quam scribo ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι, hoc addo, primo quidem aspectu videri magis verisimile scribendum esse ποιῆσαι, quòd hæ duæ syllabæ ῆσαι videantur esse illius reliquiæ: verùm (si bene memini) in nostro exemplari non satis apparebat essétne η an υ ante syllabam σαι. Et quamuis aliter se res haberet, nõ dubitarem ἀκοῦσαι potius scribere.

Pag. 7. V. ὁ μισθ. Beurerus legit, ὁ μισθὸς αὐτῆς κόλασις: vt referatur ad vocem præcedentem ἀδικία: ego ἁμαρτίας siue τῆς ἁμαρτίας deesse suspicor. Eundem alioqui vtraque coniectura sensum efficit.

V. τα καὶ δ. Idem putat hîc deesse tantùm articulum τῆς: at ego & præpositionem ὑπὸ ante hunc: totum locum ita scribens, ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης οὐκ ἐμίσησεν. atque hanc meam scripturam cõiecturalem & in mea interpretatione sequutus sum. At ille sua ex coniectura scribit, μία ἀγάπη τοῦ θεοῦ οὐκ ἐμίσησεν.

Pag. 8. v. 1. ἐπίγνωσιν π   ὁ γὰρ θεὸς τις αὐθρ. Quid meæ coniecturæ hos afferre in locos possint, ostendent meæ anno-

tationes: sed addam & Beureri coniectrices seu coniecturales emendationes, quæ ex hac eius interpretatione cognosci poterunt.

Hanc si etiam tu expetiueris fidem, adipisceris. & primùm quidem agnitionem patris. deus enim homines dilexit: propter quos & mundum condidit. quibus ille omnia quæ in eo sunt subiecit: quibus rationem mentémque tribuit.

Sed in hoc postremum loci huius membrum, *quibus rationem mentémque tribuit*, istud non prætermittam (quod, sicut & alia quædam, mearum annotationũ erit supplementum: quum reliqua auctarium appellem) meliùs fortasse λόγον redditum iri *orationem* quàm *rationem* (quum alioqui & ipse in mea interpretatione hoc vocabulo vsus sim) quoniam satis fuisset νοῦν dicere. Quòd si vtrũque velut per pleonasmum ponatur, præcedere potius debet νοῦς quàm sequi, quia λόγος dici potest esse plus quàm νοῦς: quippe quum νοῦς sit λόγου instrumentum, & queat νοῦς esse vbi vix λόγος inueniatur. quod videntur ostendere & quædam ex eo composita, quorum est κουφόνους. Nisi fortè dicere debemus, in eo qui est vel maximè κουφόνους, esse saltẽ aliquam λόγου, id est rationis, particulam. Verùm quod attinet ad vocem πατέρα, quæ primo huius paginæ versui deesse existimatur, præter literam π, tenuia quædam eius vestigia in illo veteri libro apparere aut saltem subapparere mihi videbantur.

V. οὐ ξένα ὁμ. Totum hunc locum, quòd in arduo argumento versetur, ex eiusdem Beureri interpretatione afferre nõ pigebit: vt duæ interpretationes mutuas operas tradant. Ita igitur ille,

Neque verò noua quædam pro concione velut profero, neque aliqua præter opinionem inquiro: sed, quum apostolorũ discipulus fuerim, gentium doctorem me profiteor: & quæ ab iisdem mihi tradita sunt, dignis & veritatis discipulis communico. Qui enim rectè institutus & Verbo adamato genitus, non connititur perspicuè perdiscere quæ palam discipulis per verbũ demonstrata sunt? quibus dei Verbum apparens patefecit, liberè loquens: quod ab infidelibus non intelligebatur: discipulis autem omnia exponebat, qui fideles ab ipso existimati, mysteria patris cognouerunt. Qua de causa ille Verbum misit, vt mundo appareret: quod à suo populo contumelia affectũ, per

apostolos prædicatum, à gentibus creditum est. Illud inquam Verbum quod ab initio erat: quod nouum apparuit, & vetus inuentum est:& semper recens in sanctorum cordibus generatur. Hoc quod semper fuit, hodie verò filius nobis annuntiatus: per quem ditescit ecclesia, & gratia in sanctis simplex amplificatur: qui mentem tribuit, mysteria explanat, tépora annuntiat: fidelibus gaudet, inquirentibus tribuitur: à quibus termini fidei non violantur, neque termini patrum mouentur. Deinde metus legis celebratur, & prophetarum gratia cognoscitur, & euangeliorum fides dedicatur, & apostolorum traditio conseruatur, & ecclesiæ gratia exultat. Quam si tu cótristatus non fueris, quæ Verbum siue ὁ λόγος nobiscum communicet, per ea quæ vult cognosces. Quæcunque enim voluntate iubentis Verbi proloqui ægrè permoti sumus, ex amore corũ quæ nobis reuelata sunt, eadem vobis cómunicamus. Ad quæ si vos contuleritis studiosèque adieritis, scietis quæcũque deus largitur iis qui ipsum rectè diligunt: qui facti paradisus deliciarum, lignum fructuosum, florés, exoriamini in vobismetipsis, variísque exornati fructibus. Hoc enim in loco lignum scientiæ & lignum vitæ plantatum est. Verumtamen non illud cognitionis lignum interimit, sed inobedientia interimit. Neque enim sine certa significatione hæc scripta sunt, quòd népe deus ab initio lignum vitæ in medio paradisi plantarit: quũ per cognitionem vitam innueret. Qua quum prisci illi mortales minus purè & innocenter vsi fuissent, serpentis fraude denudati sunt. Neque vita sine scientia, neque scientia tuta sine vita vera. Itaque alterũ alteri finitimum plãtatum est. Quam vim perspiciens Apostolus, quum cognitionem, quo ad vitam exercetur, sine veritatis præcepto, reprehenderet, dicit, Scientia inflat, charitas verò ædificat. Qui enim sibi videtur scire aliquid, sine scientia vera, & cui vita testimonium perhibeat, nihil scit, & à serpente seducitur, quum vitam non adamasset. Qui verò reuerenter & cum timore cognorit, & vitam inquirit, bona ille spe plantat, fructúmque expectat. Sit igitur cor tibi scientia: vita verò, λόγος ἀληθής, id est doctrina veritatis: quæ ab eodem capitur. Cuius lignum si tu gustes & fructum, decerpes semper quæ apud deum sunt optabilia, quæ serpens nó attingit, neque fraudis fuco tinguntur. Neque Eua corrumpitur, sed virgo creditur:& salus ostenditur, & Apostoli intelligentia illustrantur: &

Domini pascha procedit: & faui colliguntur, & cum mundo coniunguntur: & quod sanctos instituit Verbum lætatur, per quod Pater gloria afficitur. Cui sit gloria in secula. Amen. Animaduertendum est autem, in ea huius loci parte vbi verba illa. οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανεὶς, καὶ εὑρεθεὶς, καὶ πάντοτε νέος, ita interpretantem illum audis, *illud inquam Verbum quod ab initio erat, quod nouum apparuit, & vetus inuentum est,* conuenire coniecturæ illius cum mea. ita enim & ipse locum hunc intellexi, vt ostendunt meæ annotationes: licet non ausus sim vocem *vetus* ipsi textui inserere. Sed quũ ego ἀρχαῖος mihi videri deesse dixerim, ille, παλαιὸς, quod synonymum est, in contextu Græco scripsit.

Pag. 10. v. 1, Non displicet vt huic literæ μ adiiciatur litera ὴ, ad efficiendam negantem particulam μή. & tunc vertendus ita erit hic locus, *à serpente decipitur, quòd vitam non amauerit.*

V. φέρων. Quæ hîc est lacunula, καὶ καρπὸν ... ρῶν, à neutro nostrum impleta fuit. Sed quid si ἑρῶν ex illo ρῶν faciamus, prius tamẽ nomine καρπὸν in καρποῦ aut καρπῶν mutato? Quid autem legendum Beurerus censuerit pro φέρων, quum vertit, *cuius lignum si tu gustes,* assequi coniectura haud possim.

V. καὶ κη. Non temere hæc vox κηρ sine accentu scripta fuit: verùm quòd ea mihi suspecta sit, & quidem hoc etiam magis quòd non satis euidenter in illo vetusto exemplari legatur.

Pag. 11. v. Μὴ ὑπολ. Oratio hæc in eo exemplari vnde excerpta est, præcedit illam ad Diognetum epistolam, quæ & ipsa ab aliis oratio vocatur. Sed hoc inde contigit fortasse, quòd ibi hũc λόγον antecedat alius ad eosdem, videlicet ad Ἕλληνας, qui παραινετικὸς nominatur, vel potius cognominatur. Alioqui certe verisimile est, prius scriptam fuisse illam epistolam, magis familiarem, vtpote ad amicum, quàm hanc orationẽ ad Græcos. Sicut autem præcedentis epistolæ (vel orationis, cum aliis) principium ex Beureri interpretatione dedi, sic etiam huius dabo. Ita igitur ille,

Quòd discessionem à vestris moribus & institutis, Græci, fecimus, nolim ego id sine ratione atque iudicio grauiori factũ à nobis existimari. Neque enim quidquam in iisdem quod vel sanctitate aliqua aut pietate erga deum commẽdabile esset deprehendimus. Ipsa poetica vestrorum scripta, rabiei & incontinentiæ monumenta sunt. Siquidem ille qui in doctrina atque eru-

quę eruditione præcellit operā ei dederit, omniū hominū miserrimus est. Tradūt enim illi cum primis, Agamemnonē, quū fratris sui incontinentiæ, immanissimæ rabiei & impotenti cupiditati gratificaretur, filiam suam ad sacrificium destinasse, omnémque Græciam perturbasse vt Helenam à leproso pastore raptam reciperaret.

Verùm hîc (neque enim in huius principii interpretatione progredi volo vlterius) verba hæc, ὑπὸ (nisi ὑπὸ scribendū est) λεπροῦ ποιμένος ἡρπασμένην, vides reddi *à leproso pastore raptam.* quum vox hæc λεπροῦ omnino suspecta meo quidem iudicio, esse debeat; atque adeo in exemplari eo cuius facta sæpe fuit mentio, non satis apparens sit eius scriptura: ideóque eam absque accētu scripsi: sicut antea in κηρου idem eadem de causa factum à me fuisse dixi. Vide meas annot.

V. ποταμ. De quodam saltu Achillis in annot. dixi: nec veritus sum quod Græca verba sonāt Latinis exprimere, hoc modo, *qui fluuium saltu transiliit:* quamuis qui à multis memoratur & propemodum prouerbialis est Achillis saltus, alius esse videatur. At Beureri interpretatio lacunam habet, loco illorum verborum. Nam quū in mea interpretatione ita reddente illa verba, legas, *Ipse autē Pelides, qui fluuiū saltu trāsiliit, qui Troiam euertit:* apud eum legitur, *Deinde Peliades* ... *Troia euersa.*

Pag. 12. v. λης ἔρως κ. Pro his, τῆς Σεμέλης τὸν ζῆλον, libenter cum Beurero scripserim τῆς Ἥρας τὸν ζῆλον. Fateor certè ferri non posse istam lectionem, τῆς Σεμέλης τὸν ζῆλον, quum proximè præcedat, ὁ γὰρ Σεμέλης ἔρως. Sic igitur locum illum malim reddi, *Nam Semeles amor & illius petulantiam & Iunonis zelotypiam coarguit.* Intellige autem *illius* de Ioue.

V. γὰρ τὸ ἀνδρ. Hæc verba, Ἀθηνᾶς τὸ ἀνδρικὸν, & Διονύσου τὸ θηλυκὸν, & Ἀφροδίτης τὸ πορνικὸν, verti, *Mineruæ virile vitæ genus, Dionysi muliebre, Veneris meretricium.* Beurerus autem, *Mineruæ masculeos mores, Bacchi fœmineos, Veneris meretricios.*

V. vlt. Legit & Beurerus ἡγήτορα. Non malè autem post hoc nomē poneretur articulus τὸν, qui iūgeretur participio ἀδόμενον.

Pag. 13. v. πλόμενος ἤδετο. Quū τ ἐοσίον nō sine manifesto mendo scriptum esse putarem pro τὸν νέαστιον, vel potius νέαστιον, non dubitaui hāc scripturam in locum illius substituere (præsertim quum animaduerterem etiam, idem hîc erroris occasionem

præbere potuisse quod aliis plerisque præbuit, vt sequẽs litera, à præcedẽte, quæ eadẽ esset, absorberetur.) at Beurerus nihilominus illam exẽplaris lectionẽ in sua etiam interpretatione retinuit: ita vertens hunc locum, *& tandẽ Hessi illam tunicã quum exuere non posset.* At ego tamen vix quenquam illam meam emẽdationem improbaturum existimo, nisi qui Nessi centauri nomen, celebre alioqui apud poetas, præsertim tragicos, vel nõ audiuerit, vel auditum memoriæ non mandauerit. Libet autẽ totum hunc locum ex eiusdem interpretatione afferre, incipiendo ab his verbis, ὁ τὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα δρᾶσαι δυνηθεὶς, ὡς νήπιος ὑπὸ σατύρων κατακυμβαλισθεὶς, καὶ ὑπὸ γυν.&c. Ita igitur ille,

Qui igitur & talia & tãta perficere potuit, quomodo ille, infans quum esset, à satyris cymbalis delusus, muliebri amore victus, & à Lyde illa ridente, nates lædente, oblectabatur? & tandem Hessi illam tunicam quum exuere non posset, ipse sibi rogum construxit, & sibi mortem consciuit? Vulcanus etiam, omnem æmulationem omittens, nemini inuideat, si, quum vetulus esset, & claudus altero pede, inuisus, Mars autem contrà, iuuenis & adolescẽs, adamatus fuit. Quum igitur dii vestri, Græci, alii quidem incontinentiæ & libidinum conuicti sint, heroes autem vestri, mulierosi, quemadmodum historiæ dramatum vestrorum & actiones testantur. &c.

EX TATIANO ECLOGAE,

De quibus dictum est in epistola ad lectorem huic volumini præfixa.

TATIANI huius honorifica fit mentio ab Eusebio in iis quæ ex illo habes his libellis subiuncta, de Iustino: pag. 20, Τατιανὸς, ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι, καὶ δόξαν οὐ σμικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος, πλεῖστά τε ἐν συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα. Hic in fine suæ ad Græcos orationis, cuius Eusebium facientem ibi mentionem audimus, suum nomẽ declarans, se in Assyria natum esse, & primùm Græcorum doctrinam hausisse scribit. Ita enim orationem illam claudit, ταῦτα ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα· γεννηθεὶς μὲν ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ, παιδευθεὶς δὲ πρῶτον μὲν τὰ ὑμέτερα, δεύτερον δὲ, ἅπνα νῦν κηρύττειν ἐπαγγέλλομαι. Sed pro hoc κηρύττειν malè κρύπτειν apud eum legitur. Videtur autem, quum dicit, ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν, intelligere, *qui philosophiæ illius sectator sum quam vos barbaricam appellatis*. Dixerat verò & antea se & Romanorum μεγαλαυχίᾳ & Atheniensium ψυχρολογίᾳ valedixisse, & barbaricam philosophiam amplexum esse. Eius verba sunt, διόπερ χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ, δόγμασιν ἀσυναρτήτοις, τῆς καθ' ἡμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην. Sed ego ἡμᾶς in ὑμᾶς mutandum censeo: quum intelligat (vt opinor) *eam philosophiã quam vos barbaricam appellatis, amplexus sum*: eodẽ videlicet modo quo illa eiusdem verba, ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν, accipienda videri, paulo antè dixi. Nisi fortè aliquis credere malit, eum ne hanc quidem suæ doctrinæ appellationem dedignari voluisse. Cęterùm non multo pòst hęc de se verba refert, quæ aduersarii in ipsum iactabant, Τατιανὸς ὑπὲρ τοὺς Ἕλληνας, ὑπὲρ τὸ ἄπειρον τῶν φιλοσοφούντων πλῆθος, καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα.

In eadem illa oratione, non vno in loco, se omni doctrinæ Ἑλλήνων (sub quorum nomine non dubito quin omnes ethnicos complectatur) valedixisse profitetur. Atque ex iis est hic, τοιούτοις ὑμᾶς ἐπιγνόντες καταλελοίπαμεν, καὶ τῶν ὑμετέρων οὐκέτι ψαυόμεν· θεοῦ δὲ λόγῳ κατακολουθοῦμεν. Aliquanto pòst autem, quid pręcipuè ipsum impulerit ad desciscendum ab ethnica

religione & amplectendam Christianam, commemorat: hæc scribens,

Ταῦτα οὖν ἰδὼν, ἔτι δὲ καὶ μυστηρίων μεταλαβὼν, καὶ τὰς παρὰ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας, διὰ θηλυδριῶν καὶ ἀνδρογύνων συνισταμένας· εὑρὼν δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν κατὰ τοὺς λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον· Ἄρτεμιν δὲ οὐ μακρὰν τῆς Μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανῃρημένην τὸ εἶδος· ἄλλον τε ἀλλαχῆ δαίμονα κακοπραγίας ἐπαναστάσεις πραγματευόμενον· κατ᾽ ἐμαυτὸν γενόμενος ἐζήτουν ὅτῳ τρόπῳ τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναμαι. Quæ Conr. Gesnerus ita reddidit,

Hæc quum viderem, & insuper mysteriorum particeps factus, omnes vbique deorum cultus per effœminatos & androgynos constitui experimento nouissem, item apud Romanos Latialem Iouem humano cruore & sanguine per homicidia fuso placari: Dianã verò nõ procul Megalopoli similibus gaudere, & alium alibi dæmonem malorum autorem facinorum deprehenderem: in me descendens, quomodo tandem veritate potirer inquirebam.

Verùm in Græcis verbis aliquis deesse quæpiam putet post istas voculas κατὰ τοὺς, quæ sunt ante hęc verba, λατιάριον Δία: at ego pro κατὰ τοὺς scribendum puto κατ᾽ αὐτούς: quam sequendo scripturam nihil deesse dici poterit. Pro verbo autem δύναμαι, quo hic locus clauditur, scribendum censeo δυνάμην. Verùm ad ea quæ apud Tatianum sequuntur venio. is igitur hæc superioribus subiungit,

Περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα, συνέβη γραφαῖς τισὶν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν, ὡς πρὸς τὰ Ἑλλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην. καί μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη, διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῆς τοῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον, καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικὸν καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν. θεοδιδάκτου δέ μου γενομένης τῆς ψυχῆς, συνῆκα ὅτι τὰ μὲν κατακρίσεως ἔχει τρόπον, τὰ δὲ, ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν. &c. Quæ ab eodem interprete ita redduntur,

Et quum diligenter circumspicerem, in libros quosdã barbaros incidere mihi cõtigit, antiquiores multo quàm Græcorum philosophia, si spectes ætatem: & augustiores, si illorum errores. His ego fidem adhibui, quòd stylus esset non phaleratus, nec vlla scriptorum affectatio, & sermo nusquam obscu-

rus: futurorũ item euẽtuum prænotione, & magnitudine promiſſionum, & quòd vnum vniuerſorum monarcham ſtatuerẽt, impulſus. Itaque mẽte mea diuinitus edocta intellexi quòd verba quædam in his libris condemnationis inſtar proferãtur, alia verò à ſeruitute mundi nos abſoluãt. Ita Geſnerus: qui verba hæc, τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, non debuit vertere, *magnitudine promiſſionum* (perinde acſi ſcriptum eſſet ἐπαγγελμάτων, aut illud idem valeret quod hoc) ſed *magnitudine praeceptionum*, ſeu *praeceptorum*.

Sæpe (ſicut & Iuſtinus) de hoc inter alia queritur, quòd ita odioſum Græcis (idem verò de omnibus ethnicis eſt intelligẽdum) Chriſtianorum eſſet nomen, vt ne ad illud quidem examen venirent aduerſus eos ad quod veniebant aduerſus latrones. Eius verba ſunt, πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν λῃστὴν διὰ τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα μὴ κολάζειν, πρὶν ἡ τἀληθὲς ἐπ' ἀκριβεία καταμανθάνειν, ἡμᾶς δὲ προλήμματι λοιδορίας ἀνεξετάστως μεμισῆσθαι; Id eſt (vt idem interpretatur) Nonne abſurdum eſt, quũ latro non ſtatim propter nomen ei intentatum puniatur, priuſquam rei veritas exquiſitè noſcatur, nos conuitia pati & odium veſtrum non examinata cauſa? Vbi tamen vim vocis illius προλήμματι non exprimit, quod & ab ipſo Iuſtino, in ſimili querela, eadem de re dicitur.

Vitam Chriſtianorum eius temporis, ſicut & Iuſtinus, prædicat, cùm alibi, tum vbi ſcribit, διὰ τοῦτο περιεθυμήθην ἀπὸ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν τιμίων παραστᾶν ὅτι τὰ μὲν ἡμέτερα σωφρονεῖ, τὰ δὲ ὑμέτερα ἔχεται πολλῆς. οἱ γὰρ ἐν γυναιξὶ καὶ μειρ. Vbi poſt πολλῆς non dubium eſt quin deſit genit. ἀκολασίας, aut ἀκρατείας, ſiue ἀκρασίας, vel ἀσελγείας. Verùm huius loci ſenſũ Geſn. haud aſſequutus eſt. ſic enim vertit, Quapropter à rebus illis quas vos in magno pretio ducitis, recedere decreui: quoniã vitam nos caſtam & frugi degimus, at veſtri mores mollitie & luxu diffluunt. At contrà hæc eſt Tatiani mens, Quapropter ex iis rebus quas vos in magno pretio habetis, planum facere decreui, noſtrum vitæ genus temperantiam ſeruare, at veſtrum intemperantia refertum eſſe. Paulo autem ante in ſenibus quoque mirum fuiſſe diſcendi ſtudium oſtenderat. Eius verba ſunt, πῶς δὲ παρ' ἡμῖν, τοὺς γῆρα παλαίοντας, καὶ τὰ περὶ θεοῦ πραγματευομένους μανθάνειν; Sed Geſnerus verba illa, τοὺς γῆρα παλαίοντας non ſatis intellexiſſe videtur: quipe qui ita vertit, Eos verò qui apud nos

iam ſenes diuina tractant ridere. Nam hæc verba, τῷ γήρᾳ παλαίοντας, perinde ſonant acſi quis diceret, Cum ſenectute luctantes, ſiue Aduerſus ſenectutem luctantes. Id eſt, Vim afferentes ſenectuti, quæ alioqui haud apta eſt ad diſcendum. Nõ dubium eſt autem quin ad illum Solonis verſum reſpiciat,

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Nam & in ſequentibus mentionem eius facit, ſcribens, τί δὲ καὶ ἄτοπον, κτ τὸν οἰκεῖον ὑμῖν σοφιστήν, γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκομένους; Sed malè ibi πάντα pro πολλὰ legitur. Mirum verò iſtud videri poſſit quod de cunctis mulieribus Chriſtianis teſtatur, ab illis continentiam ſeruari. Scribit enim, πᾶσαι δὲ αἱ παρ' ἡμῖν σωφρονοῦσι. Ac de virginibus ſtatim ſubiungit, illas, etiã nentes, de rebus diuinis loqui. Qui tamẽ locus mendo carere haud videtur. nam quum ita ſcriptũ ſit, καὶ περὶ τὰς ἠλακάτας αἱ παρθένοι τὰ κατὰ θεὸν λαλοῦσιν ἐκφρονήματα, non dubium eſt quin aliam vocem quàm hanc ἐκφρονήματα, requirat hic locus. Videndum igitur an ἐκφωνήματα cum Geſnero ſubſtitui debeat. Eſt certè alius huius ſcriptoris locus qui facere pro hac emendatione dici poſſit: hic videlicet, pag. huius orationis ſecunda, καθὰ δὲ τὸ ἐπελθὸν ἕκαστος ἐκπεφρόνηκε. nam pro hoc ἐκπεφρόνηκε legitur itidem ἐκπεφώνηκε in alio exemplari.

Oſtendit etiam, ne mortis quidem periculo ad religionem ſuam repudiandam impelli potuiſſe. Neque enim dubium eſt quin ſua in perſona de aliis etiam loqui velit exiſtimari. Eius verba ſunt, (verùm repetam paulo altius) Διὰ τί γὰρ, ἄνδρες Ἕλληνες, ὥσπερ ἐν πυγμῇ συγκρούειν βούλεσθε τὰς πολιτείας καθ' ἡμῶν; καὶ εἰ μὴ τοῖς τινων νομίμοις συγχρῆσθαι βούλομαι, τίνος χάριν καθάπερ μιαρώτατος μεμίσημαι; προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεύς; ἕτοιμος παρέχειν. δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; τὴν δουλείαν γινώσκω. τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον, φοβητέον δὲ μόνον τὸν θεὸν, ὅστις ἀνθρωπίνοις οὐκ ἔστιν ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνῃ περιληπτός. τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος, οὐ πεισθήσομαι· τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. Afferam autem & huius loci interpretationem ex Geſnero: ſed ita vt hic quoque moneam de illis quæ aliter interpretanda fuiſſe videbuntur. Eius verba hæc ſunt.

Quid (obſecro) eſt, ô Græci, quòd adminiſtrationes noſtras tanquam pugno concludere velitis? Et cur, ſi veſtris legibus ſuffragari nolo, tãquam ſceleratiſſimus, exponor odio omniũ?

Atqui rex si iubeat tributum pendere, paratus sum: si dominus inseruire & ministrare, seruitutem agnosco. quandoquidē homo humano more colendus est, timendus autē solus deus: qui non conspicitur oculis hominum, nec arte vlla comprehēditur. Hunc solum siquis negare iubeat, non obediam, sed potius moriar: ne mendax & ingratus efficiar.

Ita quidem ille hunc locū vertit: sed prima periodus, nisi longè fallor, longè aliter reddenda fuit: hoc videlicet modo, (sed ita vt prius pro καθ' ἡμᾶς legatur καθ' ἡμῶν) *Quid (obsecro) est, ô Græci, cur, tanquam in pugillatu, inpingere in nos aliorū instituta velitis?* Cæterùm vt hîc dicit Tatianus, τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος, οὐ πεισθήσομαι, ita etiam claudit orationē suam his verbis, μενούσης μοὶ κατὰ θεὸν πολιτείας ἀνεξαρνήτου. vbi malim τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας. Cæterùm & alibi queritur quòd Christiani à Græcis pro sceleratissimis haberentur. vt hoc in loco, τί βλάπτομεν ὑμᾶς ὦ ἄνδρες Ἕλληνες; τί δὲ τοὺς λόγῳ θεοῦ κατακολουθοῦντας, καθάπερ μιαρωτάτους μεμισήκατε;

Cùm aliis autem machinis deos oppugnat (sicut & à Iustino atque aliis oppugnari videmus) tum verò ista, quæ dilemma habet. Scribit enim, γένεσιν ἂν λέγητε θεῶν, καὶ θνητοὺς αὐτοὺς ἀποφαίνεσθε. διὰ τί γὰρ οὐ κύει νῦν Ἥρα; πότερον γεγήρακεν; ἢ τοῦ μηνύσαντος ὑμῖν ἀπορεῖτε; πείσθητέ μοι νῦν ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ τοὺς μύθους, μηδὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν ἀλληγορήσητε. κἂν γὰρ τοῦτο πράττειν ἐπιχειρήσητε, θεότης ἡ καθ' ὑμᾶς ἀνῄρηται καὶ ὑφ' ὑμῶν. εἰ γὰρ τοιοῦτοι παρ' ἡμῖν ὄντες οἱ δαίμονες ὁποῖοι καὶ λέγονται, φαῦλοι τὸν τρόπον εἰσίν· ἢ μεταγόμενοι πρὸς τὸ φυσικώτερον, οὐκ εἰσὶν οἷοι καὶ λέγονται. σέβειν δὲ τὴν στοιχείων τὴν ὑπόστασιν οὔτ' ἂν πεισθείην, οὔτ' ἂν πείσαιμι τὸν πλησίον. Vbi μηνύσαντος scribo. Interpres totum locū ita reddit,

Si deorum generationem memoratis, mortales eos ostenditis. Cur non amplius parit Iuno? cōsenuítne? aut qui rem vobis aperiat, habetis neminem? Adhibete mihi nunc fidem ô Græci: neque fabulas neque deos vestros ad allegoricū sensum trahatis. Nam, licet hoc etiam facere conemini, vos ipsi numina vestra ad nihilum redigetis. Etenim si verè tales apud vos dæmones sunt, quales feruntur, improbis moribus sunt: sin ad naturæ rationem allegoriis trahantur, iam non sunt quod dicuntur. Ego verò, elementorū naturam esse colendam, nec ipse crediderim, nec alii cuiquam persuaserim.

Hactenus ex Tatiano quæ satis sint ad faciēdam Hieronymi verbis fidem, scribentis eum Iustini sectatorem fuisse.